



69
1 F
25

# ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO NOBILITATE.

IO. ANTONIVS DELPHINVS CON. FRANCISCANVS E' CASALI MAIORE;

Eiusdemq; Auctoris de Varia Prouinciȩ Marchiæ Nomenclatura breuis, ac dilucida Narratio, Nunc primum in lucem ȩdita.

Opuscula in primis multis mendis castigata, varijs additionibus, & in marginibus, nec non indice locupletissimo illustriora reddita, per F. Horatium Ciuallum Maceratensem Franciscanum Conuentualem, in Almo Perusino Gymnasio Theologiam publicè profitentem.

*AD ILL.^m^ AC REVER.^m^ D.D. CONSTANTIVM Sarnanum S. R. E. Cardinalem Amplissimum.*





Iacobi Columnæ

PERVSIÆ

Apud Petrumpaulum Orlandum. M. D. LXXXX.

*SVPERIORVM PERMISSV.*

# ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO D. D. CONSTANTIO SARNANO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.



F. Horatius Ciuallus Maceratensis Francisca. Conuen.

Iacobi S. P. D. Columnæ

TERRAM homine ingrato nil peius generare, Zenophontis sententia est; Nullumq; Persas crimen ingratitudinis vitio grauius pena afficere, memoriæ proditũ est; Hæc omnia mecũ ipse sedulo perpẽdens (Cardinalis Amplissime) quomodo nõ inhumanus, penitusq; agrestis videbor, nec nõ turpissimo ingratitudinis vitio in hominũ cætu contabescere compellar, si collata beneficia animo meo exciderint? Hoc Deus auertat. Quapropter cum proximis hisce diebus Ioannis Antonij Delphini e Casali Maiore Franciscani Conuentualis, Theologi egregiè Docti, Philosophiq; prestantissimi, opuscula quędam de Nobilitate, deq; varia Prouincię Marchiæ nomen clatura ad manus meas peruenissent, ea summa

Animi mei lætitia incredibiliq; voluptate perlegi; placuē runt sanè libelli, statimq; eis manum admouere, opemq; ferre (ne puluere obsiti perpetuo manerent, aut in tenebris delitescerēt) in animum meum induxi, quandoquidē parum doctissimorum virorum labores posteritati conferrent, nisi adhiberetur vigilantia, illos passim omnibus communicandi. Quid enim proferet luminis lucerna posita sub modio? aut quid afferet commodi hominibus thesaurus absconditus? sapientia abscon sa (Dicit Ecclesiasticus) & Thesaurus inuisus, quę vtilitas in vtrisq;? Nec propositum in longum protrahendum dignis rationibus existimaui: Ideo in magnis huius anni caloribus, in quibus grauiorum studiorum lectio de more negligitur, (vt hoc otium in honestum transiret negocium) eos amendis, quibus innumeris scatebant, maiori qua potui diligentia purgaui, copiosissimo indice illustraui, multis meis additionibus, & inmarginibus cunctis studiosis forte fortuna, non ingratis, auxi, & tandem sub tuo amplissimo nomine in publicum prodire curaui; non tamen ea ducor ratione (felicissime Patrone) vt putem te hoc opere indigere, cum sis in Theologicis, Philosophicis, omnibusq; liberalibus doctrinis adeò versatus, vt omnium bonarū artium professores, & cultores tibi vni quā maximè debere, fateantur, sed vt me acceptorum beneficiorum memorem esse certo scias, opusq; tuæ Illustrissime dominationi dicatum, doctis, eruditisq; viris comendetur magis, acceptiusq; reddatur. Accipe igitur Illu-

strissimæ

ſtriſsime Cardinalis, te etiam atq; etiam rogo, Horatij ſeruuli tui, quæ poteſt offerre munuſcula, rem quippè tibi offero paruam, & vtique paruam, nec omnino amplitudine tua, neque ijs beneficijs, quæ in me maxima contuliſti, dignam, ſed vt ſpero muneris mei tenuitatem benignitatis tuæ magnitudo ſubleuabit. Vale Peruſiæ Anno à Deiparæ partu. MDLXXXIX. Idibus Auguſti.

# AVCTORIS VITA EX HISTORIA SERAPHICA

## A B. EPISCOPO Venusino Conscripta

FRATER Ioannes Antonius Delphinus à Casali Maiore, ex oppido Rompeani, ex Marco Patre Viro sane idiota, & simplici, qui à teneris annis Cremonam missus, vt vacaret humanioribus litteris, quibus omni tempore Vrbs illa Floret, Demum Bononiæ solidioribus incumbens euasit Magister insignis, & tota in Italia celebris, vt eius monumenta clarissime demonstrant, quibus ipse ad posteritatis notitiam nomen suum longè latéq; transmisit, scripsitq́ de rerum euentis, de Cælibatu, de Predestinatione Dei, de Potestate Ecclesiæ, de cultu sacrarum Imaginum, item de Cælestibus globis, de Methodo, opuscula quædam logicalia, vltimo loco scripsit de agendis in sacro Cōcilio Tridentino sub Iulio iij. Pontifice Max: qui in Religione per omnes gradus ad Generalem præfecturam summa cum laude euectus est. In quo quidem munere obeundo notabilem modestiam adhibuit, ac lenitate vtebatur potius, quam seueritate (id quod plurimum sapientes approbant) qua omnium animos in sui reuerentiam flectebat, iuxta illud Ecclesiastici. fili opera tua in mansuetudine perfice, & super gloriam hominum diligeris, sicut autem erat turpitudinis perpetuus hostis, ita religionis per amicus fuit, in omnibus gestis compositus, iocundæ conuersationis, dulcis eloquio, discendi, legendi, atq́ scribendi auidissimus. somno, cibo, potuq; parcè vtens; & minimam quamq; temporis iacturam fugiens: condiscipuli, qui eius ingenium familiariter nouerant, ob eius in studijs singularem continuationem, quia tempestiuè, & media nocte ad studia surgebat, eum mediam noctem ioci causa appellitabant. fuit Delphinus facie eleganti, & peruenusta, capite magno, & caluo barba prolixa, & procedente etate canis conspersa, qui à Pio iiij. Pont. Max: ad sacrum concilium Tridentinum accitus, Bononiæ febre correptus obijt Vicarius Apostolicus, relicto post se magno sui desiderio.

IOANNES ANTONIVS

# DELPHINVS CONVENTVALIS FRANCISCANVS A' CASALI MAIORE,

## DE NOBILITATE,

ad Nobilissimum, & Illustrissimum Federicum Gonzagam optimarum artium, in primisq; Philosophiç Studiosū Adolescentem.





VAESTIO de Nobilitate ad agnitionem animi pulcherrima est, & ad Rempublicam constituendam, & ad moderandam ciuitatem, & cœtus hominum ordinandos necessaria, neque satis adhuc scio: alia nec ne sit cognitu suauior, atque optabilior, & quę maiore quidem cum fructu á prestantissimis, & excellentissimis viris disputetur in Philosophia. Mirari soleo igitur quidnam causę sit, quamobrem tam pauci docti viri, quorum maximus fuit semper numerus, de Nobilitate disseruerint, quod tamen effici conueniebat á plurimis, atque ijs quidem prestantioribus, & doctioribus. Ego propterea cum his proximis diebus in publicis quidem scholis circa Methaphisicę Aristotelicę Prohæmium disputarem, vtrum tanquam nobiliores anteponendi sint actiui contéplatiuis, an contra contemplatiui actiuis. Animum meum induxi, & constitui hoc totum ipsum negotium pertractare quam breuissimè fieri potest; & quamquam arbi

Vtilitas questionis.

Causa intentionis Auctoris.

tror

ctor colligi posse, atque hauriri ex purissimis fontibus Peripateticæ Philosophiæ, & ex bonis, & grauissimis quibusquè Auctoribus. De Christiana, & spirituali Nobilitate nolui mętionem facere, ne dum exactius pertractare; quia versabar in Scholis Philosophorum, & veterem quidem, & nouam ciuitatem, & rerum publicarum sequebar consuetudinem, iam omnibus seculis confirmatam. Candida profectò, veraq; Theologia nostra docet, primos omnium hominum parentes à statu nobilissimo, & clarissimo, in quo politi fuerant ab Opt. Max. Deo, peruersa voluntate sua degenerauisse. Ac proinde omnes homines, atque illorum posteros in hanc lucem, adeóq; in hunc mũdum venire sordidos, obscuros, ignobiles, & à prepotente Deo maximè alienos; Tum nos cumulatissimis meritis Domini, & Dei nostri Iesu Christi, placata diuina ira, & iustitia, per baptismum regeneratos, & renouatos esse in vtero pijssimę, & sanctissimę parentis omnium bonorum ecclesię Romanæ à spiritu sancto, vt iam Deus in adoptionem filiorum suorum benignissimè acceperit nos, quo procul dubio essemus patris Dei Hęredes, & Christi Iesu naturalis filij cohęredes. Donati sumus inquam vera nobilitate, facti iam clari, & illustres, vt Petrus Vicarius ipsius Christi de omnibus Christianis hominibus ita scripserit, Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, Populus Acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Et Ioannes itidem Euangelista, Iesum Christum, ait, fecisse nos Reges, & Sacerdotes Deo, & Patri suo. Deinde tum ad paratum nobis hoc regnum à constitutione mundi, nũquam in futurum non possidendum introducet nos Christus Iesus, cum ipse data sibi à Patre Deo autoritate, viuos, & mortuos iudicauerit; Ac spiritualis, & Christianæ quidem hęc nobilitas in Ecclesiastica Hierarchia diuino quodam ordine habet distributos gradus suos; de hac verò tanta inquam nobilitate mihi fuit prorsus nihil disserendum hoc tempore, sed pręter hanc de alia quolibet. cęterum Nobilissime, atq; Illustrissime Federice tibi propriè huius meæ tractationis deberi noncupationem dubi

um ne

Cur non velit agere de Nobilitate Christiana.

Hoc est quod voluit dice. D. Greg & habetur dist. 40. Adam &c. Adam primus homo pro peccato de Paradiso Eiectus est, hoc est quia Dei Nobilitatem à se deiecit nobilitate loci priuatus est.

D. Paul. ad Rō. cap. 8.

1. Petri. 2.

Apoc. cap. 5

am nemini esse censeo. Tu quidem Patritiûs, Tu generosus, Tu nobilis apud Philosophos in scholis, Tu apud Ciuiles, & principes viros in Repuplica, & in ciuitate; Denique Tu modis omnibus nobilis, Tu pręterea mei patronus amantissimus. Quia verò exacta discussio mathematicorũ, non flagitanda est in vniuersis, at solum in ijs, quę materia vacant, vt Aristoteles in 2. lib. Metaphisicæ inquit: Propterea satis dictum fuisse à nobis putabo, cum egerimus de Nobilitate, perindè, atque subiecta materia postulat, tum rationibus inquam probabilibus, tum grauissimis bonorum Auctorum testimonijs; benè Vale, meq; vt facis ama.

Tex. com. 16. in fine videatur D. Tho. in eodem lib. lectione 5.

## Nobilitatem simpliciter non posse definiri, sed tamen describi aliquo modo.
## Cap. I.

QVIA omnis res in genere suo certè alicuius perfectionis est, ac nobilitatis particeps, eiusq; aut substantialis quidem, aut accidentarię: idcirco nulla omninò est rerum series earum decem, quę prędicamenta vulgò, passimq; ab omnibus appellantur, in qua non sit rerum aliquarum deffinita nobilitas; Cęterum si nobilitas cogitetur, in se indefinitè inquam, & simpliciter, ea transcendit omnia summa genera, & prædicamenta omnia; Quare illa, nec genus est, nec species, nec differentia, nec proprium, nec accidens, atq; hac ipsa de causa non potest rectè deffiniri à quoquam: deffinitio .n. conuenire soli speciei † videtur, & componi ex genere, & differentia, tamen describi alliquo modo potest, vt nobilitas omnino sit perfectio rei cuiuslibet, eam rem, cuius sit ponens in gradu aliquo rerum definito, quęcunq; illę tãdem res fuerint, siue humanę siue naturales.

Transcẽdentia vniuersaliter nõ sunt neq; substãtie neq; Acci. quetum est positiue, non autem permissiue.

Nobilitas nõ potest definiri sed bene describi

† 7. metha. tex. cõ. 14. cond. requisitas ad hoc qaliquid sit proprie diffini. def. quidditatiua habes apud Sco. in 4. dist. 1. q. 2. vide Mar. Ficĩ in Platoni. Tho. lib. 8. cap. 4.

## Additio Fratris Horatij.

DE proposita materia si plura desideras, legitó Philonē Iudeum in lib. de Nobilitate. Dominicum Nanum Mirabellium. Tiraquellum in suo tractatu de Nobilitate. Ioannem Stobeum de Nobilitate sermo. 84. Ioannem Altenstaig. Mindelhaimensem. Giersonem Cācellarium Parisiensem par. 1. tractatu de Nobilitate, vbi habebis etiam multas nobilitatis species. Demum hoc negotium egregiè assecutus est Tassus in duobus dialogis etrusco idiomate conscriptis, qui inscribuntur il forno 1. & 2.

## Nobilitatem aliam esse innatam, aliam acquisitam. Cap. 2.

QVONIAM igitur vnum transcendentium nobilitas est, eam in suas partes, quę iam prędicamentariæ sunt distribuemus, deq; singulis partibus, quam breuissimè, & dilucidissime, disseres: Itaq; altera innata Nobilitas est, acquisita verò altera, Innatā eam intelligimus, quę à natura omnium parente, quibuslibet rebus à primęua earum cōditione coęua indita sit; porrò acquisita illa est, quam non à natura, sed aliunde homines acceperunt, siuè ab origine, atq; adeó ab incunabulis, & à teneris, vt Gręci, dicūt, vnguiculis siuè cū adoleuerint, siue postremo, cum iā ętatem planè attigerint maturiorem, & grandęuam. sanè hoc loco de acquisita nobilitate hominum dicturi sumus. cæterarum quidem rerum proprie nō est acquisita vlla nobilitas, nisi forte Angelorum, quibus datū est ab Opt: Max: Deo, vt queant proficere aliquo modo. verum de Angelis pertractare ad institutum hoc negotium minimè interest.

*Innata Nobilitas que sit;*

*Acquisita que sit.*

*Angeli possunt proficere quā:ū ad pmiū acidētale. Vide D. Tho. in prima par. sūme. q. 62. art. 9.*

## Innatam Nobilitatem esse Duplicem.

### Cap. 3.

AC innata Nobilitas bifariam considerari potest, tùm vt vniuersalis, túm vt particularis est; vniuersalis autem venire in disputationem potest, primó speciem quamq; simpliciter, & per se considerando, atq; hoc modò cum species quęq; suo ex genere suaq; ex differentia cõstituatur, habet quęq; species nobilitatem suam, qua certo in gradu est nobilitatis sub genere suo ex propria differentia, deinde simul accipiendo species omnes rerum secundum earum essentialem ordinem, siuè hunc ad opt. Max. Deum omnes immediate habeant, siuè illum teneant inter se, ab infima re quidem, & obscuriori ad eam vsq; nobilissimam, & clarissimam, quę Deo propinquior sit, cæteris omnibus ascendendo, siue illum deniquè inter se, & pręse ferant, vt sub vno eodemque genere species illę omnes continentur, Verùm age tria hęc membra sigillatim, & diligenter expendamus, vt vniuersalis Nobilitas in promptu omnibus fiat.

Innata Nobilitas bifariam cõsidera ri potest.

## Omnes rerum omnium species habere ad Deum Ordinem inmediate, quomodouè secundum eam rationem sortiantur nobilitatem.

### Cap. 4.

CREATVRAE omnes ad prepotentem Deum, tanquã ad conditorem, & conseruatorem suum referuntur, ac posita in cręturis terminataq; ad Deũ relatio vna & eadem res est cum ipsis, in quibus est creaturis: quippèque sine Deo conseruante omnia, & illam terminante sine dubio relationem haud queunt subsistere. Mira

Quomodo creaturæ ad Deũ sit relatio realis, & non è contra; pete Sco. in 1. sẽt. dist. 30. q. 2.

inquam Nobilitas hęc omnium creaturarum est, vt cum Deo tali relatione coniungantur omnes, quia verò equaliter est in omnibus hęc deriuatio, & relatio, propterea, quod spectat ad hanc nobilitatem, creaturę omnes, & corporales, & spirituales ęquè sunt participes Nobilitatis, & ęquè nobiles, haud quaquam enim fieri potest, vt vlla magis, aut minus reliquis ad prepotentem Deum referatur, ab eoq; ipso dependeat, insuper ad eundem ipsum Deum, tanq; ad finem vltimum, & extremum bonorum omnium referuntur omnes creaturę, sed ratione tamen dispari, nam quę sunt compotes mentis, vt homines, & Angeli, per immaginē, cętera omnia per vestigium referuntur, & hac ratione, quo sublimior, & prestabilior imago est, quam vestigium, eò cęteris omnibus crgaturis antecellunt Nobilitate Homines, & Angeli.

Quid sit immago, & quomodo differat à vestigio, vide scotum in 1. sent. dist. 3. q. 9. consule etiā Macsilium in. 1. sent. dist. 7.

## Additio F. H.

NE fiat error, quia dicit iste Auctor, quód creaturę omnes referuntur ad Deum tanquam ad finem ultimum, Nota ex doctrina Scoti in 1. sent. in Quest. de subiecto, & in quest. de Praxi, & Pratica, & in codē primo dist. 1, quest. 2. & in 4. dist. 49. quest. 8, soluēdo vltimū, quod finis capitur dupliciter, vno modo ꝓ causa finali, alio modo pro optimo attingendo per operationem, Deus, vt est finis pro causa finali, non est beatificatiuus, quia tunc esset beatificatiuus lapidis, & omniū, cum omnium sit causa finalis, sed tantum beatificat in quātum est optimum, quod attingitur per operationem, & sic stante distinctione habes in quo sensu Auctor sit intenligendus. Plura alia de isto respectu creaturarū ad Deū habes apud Bessar: Card. incalūniatorem Platonis li. 3. c. 6. & sunt planè digna, vt videātur.

Quam

## Quam plurimorum graduum Nobilitatis ordinem esse in rebus ab infima re vsq; ad illam ascendendo, quę Deo propinquior est alijs. Cap. 5.

AD hęc varios, & ordinatissimos gradus Nobilitatis in rebus facilè contemplabimur, si nobis posuerimus ante oculos rerum ordinem ab infima re, & obscurissima proficiscentes ad eam, quę sit clarissima, & Deo propinquior omnibus alijs: Deus enim fecit vt duo essent creaturarum omnium rerum extrema, vnum quidem prope se, alterum propè nihil, fecit inquam propè se Angelos, qui spiritualē haberent naturā, fecit propè nihil materiā primā, quę impura esset quedā potentia, expers quòd in se est omnis actus, atq; omnis formę: Quarè obscurissima omnium. Itaq; in infimo grandu Nobilitatis prima illa materia subsidet. Deinde sunt prima quatuor simplicia corpora, quę à Philosophis vocantur elementa. In tertio gradu mixta imperfecta, quæ Metehora dicimus, collocantur. In quarto mixta illa perfecta, que Metallaria, seu mineralia vocantur; In quinto, Cæli, qui mūdo huic inferiori caducarum, & fluxarum rerum superemineut, ac sunt proculdubio inanimi. In sexto plantæ quæ viuunt; In septimo animalia, quæ & viuunt, & sentiunt; In octauo ipsi homines, qui viuunt, sentiunt, intelligunt, & libere agunt, omnibus dominantur. In nono & summo gradu essentialis Nobilitatis Angeli Deo assistunt, ac perpetuo famulantur. Iam facile videre omnes possunt, in quoto gradu essentialis, & innatę Nobilitatis vnaqueq; res maneat: Quanq; verò illi omnes gradus, in quam Alios plurimos diuidi queunt, tamen ex actius persequi hoc negotium, neq; ad hunc locum pertinet, neq; tempus hoc postulat.

Ex D. Aug. lib. 12. cofessionum

Preter actum entitatiuum, Et miror quomodo in re tam clara nō nulli Docti viri allucinentur.

Deceptus est ergo Doctissimus ille vir. Ant. Mirād. in opere de euersione singularis certaminis qui arbitratus ē Arist. sensisse, intelligentiam re vera esse naturā cęli, & formam ipsius. cōfutatio nem illius oppinionis habes apud recentiorē quedā Iesuitā Ben Perc. lib. 7. cap. 8.

## Additio F. H.

Ordines entium in Nobilitate, & perfectione secundũ Aristotelem sunt quatuor, vide in 2. Cæli tex. com. 64. & 66.

## Species omnes quę sub certo aliquo genere continentur habere suos definitos gradus Nobilitatis.

## Cap. 6.

SATIS fuerit nunc intelligere omnium rerum, & spiritualium, & corporalium, tùm substantiarum, & accidentium, species habere certos, ac definitos gradus Nobilitatis in genere suo, in omni quidem genere vna quedam est prima species, qua metiri oportet omnium cęterarum specierũ eiusdem generis Nobilitatem, eò quidem sunt nobiliores alię, quò propius ad primam illam accedunt, minus verò nobiles, quò longius ab eadẽ remouentur, vt in genere coloris albedo est prima species. in genere scientię Methaphisica, in genere animalis homo, & similiter in generibus Angelorum, & aliarum omnium rerum est vna species prima, qua mensurantur, & nullo propè modum negotio cognoscuntur, vt dixi aliarum nobilitates; Deinnata vniuersali Nobilitate, quãtũ hęc pertractatio flagitare videbatur, differuimus. Nunc de particulari differendum est.

Elicitur hęc sententia ex Aristotele in 10. diui. tex. com. 7. vt autem hęc tota materia, meridiana luce tibi clarior euadat, cõsule Doctissi. zimaram in suis theore. propo. 13. & habebis mirabilia, legẽ totum theorema.



De

## De innata particulari Nobilitate. Cap. 7.

PARTICVLARIS nobilitas ea est, quę non iam genera, & species rerum omnium comitatur; sed indiuidua, & solo numero differentia; Hęc verò non solis hominibus, verùm etiam alijs animalibus conuenit, quam ita exprimit Iuuenalis exemplo equorum.

*Dic mihi teucrorum proles, animalia muta*
*Quis generosa putet, nisi fortia? nempè volucrem*
*Sic laudemus equum facili, cui plurima palma*
*Feruet, & exultat rauco victoria circo.*
*Nobilis hic quocunq; venit de gramine cuius*
*Clara fuga ante alios, & primus in aquore puluis*
*Sed venale pecus Corithę posteritas, &*
*Hirpini: si rara iugo victoria sedit,*
*Nil ibi maiorum respectus, gratia nulla*
*Vmbrarum: dominos precijs mutare iubentur*
*Exiguis, tritoq; trahunt epiredia collo*
*Segni pedes digniq; molam versare nepotis.*

Satyra 8. Nobilitas & generositas non solum hominibus sed reliquis Animantibus & plãtis à poetis attributa ē. vide Dã. Barb. primo rectori. cap. 15.

Quanquam verò nobilitas hęc certo aliquo modo animalibus etiam mutis, & expertibus rationis competit, meum tamen propositum est de illa tantum dicere, que innascitur hominibus, ea sane varijs in dotibus corporis, & animi consistit: Verùm in ijs relucet præcipuè, quibus homines, aut domini aut serui à natura generati esse planè cognoscuntur; quibusuè, apti sunt, natique ad parendum, vel ad imperandum alijs in cætibus, & societatibus hominum, sed quæso quid Aristoteles ad hoc propositum dicat audiamus; quorum tantę sunt dissimilitudines, & distinctiones, quantum animus prestat corpori, & homo cæteris animantibus, eodem modo affecti sunt. Quorum autem munus, & officium in functionibus corporis omne positum est, eaq; maior, & melior ex ijs vtilitas nulla percipitur, sunt ij quidem natura serui, & quibus hoc genere imperij parere

In 1. lib. Politi. vide D. Tho. in codē libro lec. 3

melius

melius est, si quidem etiam ijs, quę cõmemorauimus. cum .n. natura seruum fecit, qui alterius iuris esse potest, itaq; in alterius est potestate, & cum qui rationis est particeps tantum quantum, sensum eius mouetur, non vt eam habeat, Nam cætera Animalia sũt omnia rationis expertia, suisq; perturbationibus seruiunt, atq; etiam functionum minor in his quedam distintio est. Nam eorum omnium, quę ad cultũ corporis necessaria sunt. cõmoditas ex vtrisque percipitur, & ex seruis, & ex bestijs cicuribus, Naturę igitur hęc volunras, vt inter liberorum corpora, & seruorum aliquid intersit. horum quidem firma fecit; & robusta ad vsus vitę necessarios; illorum erecta inutiliaq; ad eiusmodi munera, & opportunitates, vtilia autem ad vitam ciuilem; quę quidẽ dispertita est in bellorũ & pacis opportunitates. Fere autem fit contra, vt in his ingenuorum corpora, in illis animos inesse videamus, perspicuum est .n. si tantæ in corporibus eorum solum sint dissimilitudines, quantæ in Deorum inmaginibus fore, vt eos, qui vincentur, dignos horum seruitute fateantur, quod si in corporibus id verum est, maiore quadam ratione in animis existunt hę ipsæ varietates, sed non est ęque facilè animi, ac corporis pulchritudinem cernere. At illud quidem perspicuum est, esse quosdam à natura liberos generatos, quosdam seruos. Ac sine dubio qui liberi à natura generati sũt, nobiles: q verò serui, ij quoq; obscuri & ignobiles. Exploratum habemus iam, quæ sit particularis nobilitas & qui sint nobiles eiusmodi nobilitate. Omnino verò de innata nobilitate, quantum par erat diximus. Reliquum est, vt de acquisita diligenter agamus, qualem habere valet soli homines, aut per se, aut in cætibus, & communitatibus vnà cum alijs.

Vnde cum D. Tho. in 1. lib. pol. lect. 2. in fine, talem serui possumus concludere definitionem. Seruus est organum animatum, actiuũ, separatum, alterius homo existens.

Ex eodem primo polit.

Ex eodem primo polit.

## Additio F. H.

EX dictis occurit dubitatio. nam Doctor subtilis in 4. sent. dist. 36. q. 1. loquens de seruitute secundum quã dominus potest vendere seruum, dicit quod seruitus ista non est introducta iure naturali, quia omnes nascun-

tur liberi; est bene subiectio filialis in ordine ad parentes, sed illa non est seruitus, quia Pater non potest vendere Filium, sed affirmat quod fuit introducta à lege positiua, & etiam propter malitiā hominum, qui incorrigibiles sunt, & nociui R.P. secundum legē positiuā potest poni in istis seruitus, sicut sunt, & fuerunt multe domus posite in seruitute alicuius domini propter malitiam eorum. & iste sunt due cause licite (inquit Scotus) propter quas potest introduci seruitus. Quomodo ergo Auctor de mente Aristotelis asserit quosdam esse à natura libere generatos, quosdam verò seruos? nam si sic, ergo iure naturali esset introductā seruitus. Dico quod Aristoteles & Auctor sūt recte intelligendi, non enim volunt quod sint iure naturali Domini. sed quod à natura habeant quādam inclinationem, & habitū ad dominandum dominio directo, idest habēt naturalem habitudinem per quā possunt alios dirigere, & alij hebetiores, & rudiores obtēperāt aptioribus spiritu.

## Quid sit causæ cur Nobilitas dicatur acquisita, & quot modis acquiri soleat.

## Cap. 8.

IDEO nobilitas ā nobis acquisita dicitur, quia non inest à natura in hominibus, sed illam homines acquirunt, atq; aliunde accipiūt; nam illam aut proprio marte assecuntur, aut eius ab alijs participes efficiuntur, siue à parentibus, & auis, siue à maioribus alijs, aut ex priuilegijs datis à principibus, & regibus quouismodò, & qualibet ratione; potest verò acquisita nobilitas dupliciter considerari, tum vt in aliqua tota inest communitate, tum vt in singulis personis; itaq; primo loco de communitatum humanarum, posterius de singularum personarum nobilitate agendum est.

## Additio F. H.

ET sic Auctor iste per pulchre immitatur Aristotelem, circa ordinem doctrinę, nā ex sententia Arist. & Cōment: in 1. phis. tex. com. 4. & in eodē primo tex. 57. & in 3. phis. tex. 2. Ordo doctrinæ est ab vniuersalibus ad particularia, consule doctis. Zimaram in sua Tabula, vbi pulchra habebis de ordine Doctrinæ, & de via doctrinę contra Cōciliatorē, & Vgonem Senēsem: & in Theore. proposi. 14. duplicem etiam esse ordinem doctrinæ, vnum necessitatis, alterum ob melius. Vide Auer. in initio Metheororum, & Arist. in initio quinti Methap.

## De rerum Publicarum Nobilitate Cap. 9.

EA Respublica, siuè communitas, & societas hominum quęlibet nobilior est, quę potiores habet ordines, vel suarum quidem partium, vel ipsius vniuersę ad principem suum, vnde vniuersa pendet; quemadmodum hic mundus clarissimus, & nobilissimus est propter essentialem partium suarum ordinem, & ipsius totius ad Deum optimum Maximum, à quo tanquam à primo rerum omnium principio essentialiter pendet Cælum, & Natura. Triplex autem Respublica est, ad quam potest reduci omnis cætus, & consociatio, quorum vis hominum, prima Regnum dicitur, secunda optimorum potestas, vltima cēsu potestas, à censibus nōminata. His tribus autem opponuntur, quasi harum labes, & transgressiones hę tres aliæ, tirannis, paucorum potentia, & popularis potentia; & cēsu quidem potestas nobilis est, optimorum potestas nobilior, sed regnum nobilissimum; quemadmodum popularis potentia obscura est, paucorum potentia obscurior, & tirannis obscurissima, ignobilissima, & deterrima omnium perniciosarum Rerum publicarum. Quoniam verò de his tractare nolim hoc tēpore cumulatius, propterea communitatū pretermissa nobilitate, de vniuscuiusq; ho

Arist. lib. 12. diuinorum tex. com. 38.

minis

minis acquisita nobilitate, quę nullo in ordine consistit, quandoquidem in vno, & solo indiuiduo, quemadmodũ perspicuum est, ordo esse vllus non potest, deinceps accurate agam.

## Additio F. H.

EX quo patet quod ratio formalis ordinis, non potest consistere sine priori, & posteriori peripatetice loquẽdo, vnde Arist. in 5. Methaph. tex.com.16. in capite de priori, inquit ordo nõ est nisi aut respectu primi politi, aut intellecti, consule Zimaram in sua tabula. vide Auerr. in 5. Methaph. com: 16. Et in Teho.pro posi. 99.

## Multiplex nomen esse Nobilitatis & quomodo accipiendum sit deinceps. Cap. 10.

NOBILITATIS nomen, qua solemus homines appellare nobiles, quandoq; in malam partem accipitur, ꝓ famoso, vt cum dicimus nobile scortum; ita Herostrati cuiusdam nobilitata memoria est, quod celeberrimum Dianę tẽplum incẽderit; sic Cicero in officiorum libro 2. ait, testis est Phalaris, cuius est præter cæteros Nobilitata crudelitas, quãdoq; perfectionem illã nostrarum mentiũ significat, qua per scientias, & notiones rerum contemplatrices in gradũ tantæ sublimitatis prouehimur, vt simus diuini, & cum optimo, Max. Deo Beata copulatione coniũcti. Aliæ preterea sunt huius nominis pęr multæ significationes. at nos cæteris omnibus prætermissis, vocabulo Nobilitatis pro humana illa excellentia, & perfectione deinceps utemur, quam qui habent idonei sunt, aptiq; suis actionibus ꝓdesse aliquo modo Reipublicæ, cõuentibusq; & societatibus hominũ, ut vere nobiles precipua sint pars reipublicæ suæ, ac ista nobilitas actiua, ciuilis, & humana est, Multiplex ex sẽtẽtia Ari. in 1, de Cœlo tex. 110. prius est distinguendum quã deffiniendum. uide Gabri. Buratellũ de ente & uno libro 2.

 Nobili-

## Nobilitatem competere actiuis, non contemplatiuis, & quibus honorem, quibus laudem tribuere conueniat. Cap. II.

CVM distribuantur homines in actiuos, & contemplatiuos, nobilitas, quatenus hoc vocabulum passim in vsu est, adeoque omnibus in ore, contemplatiuis non potest propriè competere. Nam illi se ipsis contenti ab actionibus Reipublicę separantur. ac proinde nequaq̃ sunt humani ciuiles, & nobiles, sed potius diuini, & Dij quidam, non natura, sed participatione, vt dixi, beata copulatione, atque illis ne laudem quidem attribuere conuenit, sed prestabilius quid, honorari enim debent tanquam Dij, non laudari, quippè cum omnis laus non in contemplatione, sed in actione cõsistat, omne inquit. Aristo. laudabile, ex eo laudari videtur, quia est affectum aliqua qualitate, & aliquo modo se se habet ad aliquid. iustum enim & fortem, & bonũ omnino virum, atq; virtutem, ob opera laudamus, atq; actiones. robustum etiam, idoneumq; ad cursum hominem, & cęterorum quę que similiter laudamus, quod affectus est aliqua qualitate, & ad bonũ aliquod studiosumq; refertur. id ita esse patet, & ex Deorum laudibus, nam cù m ad nos referuntur ridiculę sane videntur. quod quidem ex eo fit; quia laudes (vt dicimus) per relationem efficiuntur, quod si laus talium est, cõstat optimorum non esse laudem, sed maius aliquid prestabilius uè, quemadmodum, & videtur. Nam, & Deos beatos fęlicesq; dicimus, & virorum etiam eos, qui maxmè sunt diuini, & rerum bonarum simili modo. Nemo nanq; felicitatem laudat, vt iustitiam, sed vt diuinius quidam prestabilius uè dicit esse beatam. Hęc Arist. per diuinius vero, & prestabilius laude honorem se intelligere, ideò planè ostendit, quia tandem concludit fęlicitatem, quam nõ esse laudabilem probauit, ex ijs esse, quę honorabilia sint, & perfecta. Non me latet fieri plerunq; vt contemplatiui,

in 1. ethico.

etiam actiui sint, ac proinde simul esse nobiles, morales, humanos, & contemplatiuos, diuinos, beatos, atq; id circo esse dignos laude, ac pariter honore. Sed in hac tractatione puros contemplatiuos, & puros actiuos accipimus, vt perspiciant omnes, moralem, & ciuilem nobilitatem, competere hominibus, non propter contemplationem, sed propter actionem; vt contra, honor est non in actione, sed in contemplatione; quare si quis contemplatiuus, & actiuus existat, is laudandus propter actionem, & simul honorandus propter contéplationem est, ac idem propter cõtéplationem diuinus, propter actioné nobilis, & ciuilis.

## Additio F. H.

VIDE communiter expositores super primum textum primi libri de Anima, sed presertim D. Thomam, & ad propositum multa bona habebis, consule demum Aristotelem in primo libro Magnorum Moralium cap. primo, & secundo.

## Actiuos esse Nobiles, & factiuos ignobiles, tum, qui sint actiui, & qui factiui. Cap. 12.

QVIA practici, quorum est munus operari, nõ speculari veritatem, hoc est non continere se intra limites, & septa cõtéplationis, at potius foras in aliquod opus exire, diuidi solent in actiuos, & factiuos; opere precium est diligenter annotare, solos actiuos moraliter, & ciuiliter esse nobiles; factiui enim sunt obscuri, & ignobiles. vt autem Arist. in primo libro politicorum inquit, sordidissimi sunt, in quibus corpora inquinantur, maximè illiberales, qui vsu plurimo corporis egent. ignobilissimi, qui minimum virtutem desiderant. Porró illos actiuos dicimus, qui ductu prudentię suę obeunt suas operationes etiam in octauo

non

non sine studiosis habitibus moralium virtutum, prudẽtia quidem ipsius moderamine, aut dictamine ordinatarum, frigidę sanè admodum, & omnino insipidæ absq; prudẽtia essent morales virtutes. Omnium .n. earum dux, & auriga est prudentia, & ęque nimirum se habet in illis, ac sal in edulijs. Eos pręterea factiuos appellamus, qui arte, opera quę sua efficiunt; nisi temerè operentur. vt plane igitur cognoscamus actiuos, procul dubio esse moraliter nobiles, & quomodo ipsam homines acquirant nobilitatem, huc altius, quędam à nobis repetenda sunt breuiter.

Fran. Patri. de reg. lib. 6. cap. 8. Mar Fic. in Pla. de leg. Dial. 3.

## Subijciendam esse rationis imperio sensua litatem; quandoquidem secus potest esse nemo nobilis.

### Cad. 13.

Plato in Phędone. Mar. Fic. in epist. lib. 1.

HOMO ex duabus partibus costat (nihil .n. refert loqui de vegetatiua hoc loco) quarum vna rationalis est, ac inmaterialis, qua disiungitur à cæteris animantibus. Altera sensualis, quam habet cum belluis comunem. Ac ea belluina pars, ad flagitia, & mala omnia propensa est omnibus horis, & perpetuo nititur, quo ad potest furoribus, & motibus suis perpetuis rationem agere in preceps. Hanc autem partem adęó precipitem, & ratione vacantem, natam esse, atq; aptam rationi obtemperare, admonitiones & increpationes, & cohortationes etiam indicãt. Debent igitur homines, si modo esse homines velint, dare operam, vt sensualitati ratio dominetur, & eius furores, atq; impetus retardent, atq; suo imperio subijciat, quippe cum fieri non queat, vt sit nobilis quispiam, dum appetitu viuit, & passionibus ducitur;

Additio

## Additio F. H.

VNDE non longè abest illud quod habet D. Ioan. Chrisost. super Matheum quando dicit, ille clarus, ille sublimis, ille nobilis, ille tunc integram nobilitatem suam putet, si dedignetur seruire vitijs, & ab eis non superari.

## Sensualitatem virtutibus imperioque subijci rationis, & quomodo acquirantur virtutes, & tunc fore hominem verè nobilem, cum eas acquisierit.

## Cap. 14.

PORRò nihil est preter virtutes, quod sensualitatem rationi valeat subijcere; moralis autem virtus, inquit Arist. in 2. lib. Ethicorum ex consuetudine comparatur, vnde & nomen habuit tale, exquo patet nullam fieri virtutem morum in nobis natura. Nihil enim eorum quæ sunt natura aliter assuescit, cui quidem natura competit ferri deorsum, nunquam assuescit ferri sursum, neq; si millies assuefaciendi causa quispiam sursum proijciat, sic nisi modo nec ignis ferri deorsum, nec aliud quidquam aliter, quam sibi natum competat assuescet. neque igitur natura, neq; preter naturam in nobis virtutes efficiuntur. sed idonei quidem ad ipsas suscipiendas sumus natura. suscipimus autem ipsas, atq; perficimur per consuetudinẽ agendi; Quemadmodum enim ędificatores ędificantes, & citharędi pulsantes citharam fiunt, pari modo iusta agẽtes iusti, & modesta modesti, fortiaq; fortes efficimur. Acquiruntur inquã virtutes à nobis frequentibus, & bonis actionibus, vt sint ille habitus in nobis quidam indelebiles: consistunt verò in mediocritate quadam; quia virtutes ab exuperatione defectione uè corrupuntur, vt in viribus videmus, ac valetudine fieri.

In principio. cõsule D. Thom. in eodem lib. lect. 1.

Virtus verò intellectualis vt plurimum generatur, & augetur p doctrinam

Nam virtus, ex Arist. in eodem 2. Ethi, est medi(...)tas, & operatur medium.

Exupe-

EXVPERATIO enim laborum, defectioque vires corrumpit, similiter potus, cibique exuperantes, atq; deficiētes valetudinem auferunt; moderati verò faciūt, augent, & conseruant; sic igitur, & in fortitudine, ac temperantia, ceterisq; virtutibus res se se habere videtur. qui namque cuncta fugit, atq; formidat, neq; quicquam subire, perferreq; patitur, is timidus fit, qui nihil omnino timet, sed aggreditur omnia, is audax nimirum efficitur, simili modo qui voluptate omni potitur, nec excipit vllā intemperans. qui cuntas fugit, perinde, atque agrestes homines, insensatus euadit, etenim tam temperantia, quam fortitudo ab exuperatione quidē, & defectu corumpitur, à mediocritate autem conseruatur. de hac re ita Horatius dixit in primo libro sermonum ad Mecenatem.

Arist. in eodem 2. Ethicorū. D. Thom. lect. 2. Satyra 1. prope finem.

*Non ego auarum*
*Cum veto te fieri, vappam iubeo, ac nebulonem.*
*Est inter tanaim quiddam, socerumq; viselli,*
*Est modus in rebus, sunt certi denique fines,*
*Quos vltra citraq; nequit consistere rectum.*

In primo item libro Epistolarum ad Lollium sic inquit.

Epist. 2. in fine.

*Quod si cessas aut strenuus ante is,*
*Nec tardum opperior, nec precedentibus insto.*

VERVM de mediocritate virtutis cōsulendus est Arist. in 2. libro Ethicorum; Hos habitus homo cū adeptus fuerit, non iam appetitu, aut passionibus agetur quoquā preceps, sed benè, & beate viuet; tum moralis & ciuilis fuerit, tum verè nobilis, atq; aptus ad gubernacula Reipublice administranda, tum fuerit sibi, amicis, patrie, suis, & alienis vehementer etiam atq; etiam vtilis, nec legibus vllis cogetur honeste viuere. sed propēsione virtutum aget omnia; ut ei sit etiam dulce, & decorum pro patria mori; ceteri qui sine virtutibus degunt in societate, hominum obscuri, & sordidi, quia virtutibus carent, idcirco legibus gubernati debent. Quibus nimirum si pareant, vtiles patriæ sunt, que opera etiam illorum eget. Hec enim vita nostra commodè regi non potest abs q; artibus

tibus, mercaturis, & negociationibus, sin minus obtemperent legibus, & ita incommoda publica peccent, coercendi, aut de medio tollendi sunt.

## Ad Nobilitatem, quę requirantur virtutes, quomodo Diuitiæ, quomodo gloria. Cap. 15.

SVNT qui nobilitatem virtutibus acceptam referant, sunt qui diuitijs, Alij malunt nobilitatem esse gloriā, & maiorum claritatem, sed omnia hęc Nobilitas requirit, diuersis tamen rationibus. Virtus quidem essentialis est nobilitati, quia vt Horatius inquit. Arist lib. 4. poli. Arist. lib. secundo Retho.

*Virtus repulsę nescia sordidę*
*Intaminatis fulget honoribus.* lib. 3. carmi. ode 2.

Diuitię verò, instrumenta sunt, quibus deficientibus potest nemo agere nobilitatis ęgregia opera. gloria deniq; seu claritas pulcherrimus quidam fructus est, oriens à Nobilitate, & quemadmodum vmbra comitatur corpus ita virtutem gloria, ea quidem sententia vera est.

*Gloria virtutis comes est, vt corporis vmbra.*

Recte igitur omnes aliquo modo sentiunt, tum qui opinantur nobilitatem esse aliud nihil, quam virtutem, illud enim essentialiter intelligunt; tum qui gloriam, & claritatem, fructum sanè illi pro causa, vnde oritur, accipiunt, cum qui diuitias, nam organice loquuntur. Verum hęc nos aliquanto planiora efficiamus; primum Iuuenalis (uetam secutus Horatij opinionem, quam elegantissimè, & argutissimę ad Męcenantem scripsit in 6. primi libri ser- Saty. 8.

monum Satyra) docet, nobilitatem solam esse, atq; vnicam virtutem, quod essentialiter opus est exponere; nec enim instrumenta excludit, nec proprio etiam fructu nobilitatem priuat. Cum sanè ille Pontico Rubellio ante oculos posuisset, stegmata nihil facere, nihil prodesse longo sanguine censeri, nihil ostendere pictos vultus maiorum, & stantes Æmilianos in triumphalibus curribus, & Curios iam dimidios, & nasum iam minorem Coruini, & Galbã auribus, ac naso carentem, hoc est nihil prodesse maiorũ statuas iam antiquas, & plurimis tẽporibus corrosas ostentare; deinde fructum nullum esse generis, & nullam gloriam capaci tabula iactare fumo iam permultorum annorum obscuratas, & visu difficiles imagines, & picturas magistrorum equitum cum dictatore, nihil inquam talia prodesse, si coram Lepidis malè viuitur, si ante Numantinos alea per nox luditur; si ortu luciferi dormitur, adeoque hora illa bonarum actionum, qua signa duces, qua castra mouebant maiores, si conpluribus alijs Fædis, & Nepharijs turpitudinibus indulgetur; hanc tandem memoratu dignissimam conclusionem colligit.

*Tota licet veteres exornent vndique ceræ*
*Atria, nobilitas sola est, atq; vnica virtus.*

## Additio F. H.

IN quam sententiam Alfonsus mangnus ille Rex Aragoniç deuenire visus est; quippe qui cum quã plurimi ipsum laudibus florere coram predicarent, quoniam ipse, Rex, filius, Nepos germanusque Regis esset, hasce laudes apud ipsum ordescere & minimi momenti esse dixit, quandoquidem non suç, sed maiorum laudi ascribendum fore, qui regnum suarum virtutum prestãtia adepti erant, quod quidem imperium laudis nullius successori esse potest, nisi dominium potius virtute, quam testamento capi

at;

at; atque assumat; vnde summa cum ratione Galenus dicebat, illos, qui cum proprijs carerent virtutibus ad maiorum suorum insignia, atque imagines confugiebant, non animaduertere, quoniam vana gloria hęc similis est quibusdam nummis, qui sunt in precio apud quasdam ciuitates, & loca, vbi obsignati fuere, alibi verò tantum abest, vt valeant, quod adulterini arbitrantur. Nec silentio quidem inuoluendam esse arbitror cuiusdam doctissimi viri sententiam, illos nempe nasu esse suspendendos, qui tantum se ipsos faciunt, quasi quod ab alio factore, sine opifice, quam à Deo optimo Max. originem traxerint, quando quidem caro nullum selectum, nec alium alio clariorem facit. Cęterum si vas aureum magis quā ęneum extimatur, hæc in quam ratio est, quoniam pretiosiori, & nitidiori materia cōstat; secus autem nobis euenire omnibus est compertum, cum ex eadem carnis massa proficiscamur simillimisque animabus ab eodem factore creatis constemus, illud uerò quod ab alijs per quam dissimiles reddit, sola est, & inclita uirtus: & hoc est, quod Seuerinus ille Boetius elegantissimo carmine declarauit; De philosophię consolatione li. 3. metro 3.

*Omne humanum genus in terris*
*Simili surgit ab ortu.*
*Vnus enim rerum pater est.*
*Vnus qui cuncta ministrat.*
*Ille dedit Phebo radios.*
*Dedit & cornua lunę.*
*Ille homines etiam terris.*
*Dedit & Sydera Cęlo*
*Hic clausit membris animos*
*Celsa sede petitos.*
*Mortales igitur cunctos*
*Edit nobile germen.*
*Quid genus, & proauos strepitis?*
*Si primordia vestra*
*Auctoremq; Deum spectes*

*Nullus degener extat:*
*Ne vitijs peiora fouens*
*Proprium deserat ortum.*

## Finis Additionis F. H. Sequitur auctor.

Pauperrimus hō quomodo posſit fieri liberalis ſua manēte paupertate vide Sco in 4. q: pro': in ipſa autē liberalitate, teſte Greg modus adhibēdus ē rerū & perſonarū, rerū vt nō ōnia vni, ſed ſingulis quędā pręſtentur, vt pluribus prodeſſe poſsimus, perſonarū, vt primū iuſtis, deinde peccatoribus.

PRæterea diuitię inſtrumenta, ſunt comparandę, ac retinēdę cum decoro, & dignitate ipſius nobilitatis, ſine diuitijs enim uir nobilis nequaquám obire poteſt virtutum operationes, & ſtudioſas actiones; quomodo enim ſine diuitijs liberalis, quomodo magnificus erit? quo modo largi etur? fortiter pugnabit? temperate viuet? quo modo denique alia faciet, ad quę virtutibus inclinamur? itaq; ſatis ſuperq; reprehendendi ſunt, qui pecunias ob in temperantiā profundunt, quiq; vt Ariſt. ait, Patrimonium conſumpunt; videtur enim patrimonij diſsipatio interitus quidam eſſe, propterea quod, patrimonio, ac facultatibus viuitur. Quia verò diuitię, ſunt res tales, q̄bus & bene vti, & male etiam poſſumus, idcirco nobilibus dāda opera eſt, vt diuitijs, tanq̄ inſtrumētis ſuę nobilitatis, vtantur in obeundis honeſtis, & uiro nobili dignis actionibus, tantiſq; omnino contenti ſint, quantę ſunt ſatis ad liberalitèr, & ingenuè viuendum; ut Horatius in varijs epiſtolis ſuis eleganti ſsimè oſtendit, hoc modo.

Hora. li. 1. epi. ad Claudiū Neronem epiſt. 9.

*Ceruus equum pugna melior communibus herbis*
*Pellebat, donec minor in certamine longe,*
*Implorauit opes hominum. frenumq; recepit.*
*Sed poſtquam victor violens diſceſſit ab hoſte.*
*Non equitem dorſo, non frenum depulit ore.*
*Sic qui pauperiem virtus: potiore metallis*
*Libertate caret dominum uehet improbus: atq;*
*Seruiet æternum, qui paruo neſciet uti.*
*Imperat, aut ſeruit collecta pecunia cuiq;*
*Tolle querelas.*

Lib. 1. epiſt. ad Lcium epiſt. 12

*Pauper enim non eſt cui rerum ſuppetit vſus:*

Si

*Si ventri bene, si lateri est, pedibusq; tuis; nil*
*Diuitię poterunt regales addere maius.*
*Cœna breuis iuuat, & prope riuum somnus in herba*
*Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam*
*Limat, non odio obscuro, morsuq; uenenat.*

CVM Philosophi, & Poetę docent paruo esse viuēdum, & consentaneū esse, vt homines habeant quātum sit ad hanc vitā propagandā satis, & porró nihil expetēdum amplius; ac paucis, minimisq; admodum contentā esse naturam: aliquibus ea sententia probanda omnino esse non videtur. Quomodo enim paucis, minimisq; viri nobiles versabuntur cum decoro in Republica? quomodo bella gerent? bellicos apparatus facient? alent suos exercitus? quomodo liberales, & magnifici erunt? quomodo virtutum omnium prestabunt egregias, & conuenientes operationes? ea inquám sentētia verissima est; illud nimirum satis est omnibus hominibus, quod intra fines aureæ mediocritatis continetur, sine qua potest nulla virtus consistere, ac nemo studiosus, & laudandus fuit vnquam. Illa igitur sententia, proportione quadam vera est, decet sané, vt homines habeant quantum statui cuiusq; satis, vt pro conditione sui status omnes congruum modum teneant, nec appetitu suo abeant in infinitum, sed mens, & ratio cuiusq; appetitum cohibeat, frenetq; intra septa, & in gradu suo statui consentaneo. certe non omnibus ęquale debet alimentum dari, sed pro viriū naturalium debita proportione. plus enim agricolis, Baiulis, & robustioribus oportet dare, quam infirmis, debilibus, & ociosis. tum optima inquam fuerit distributio, cum tantum Miloni, quantum sit ei satis cum, & Thersitæ tantum quantum sit ei satis dederimus. Itidem quoq; in possessione diuitiarum opus est intelligere. Necessarium quidem est, vt quisque tantum habeat, quantum statui suo futurum sit satis, ad bené beat que viuendum, vel in ocio, vel in negocio, tum aut in bello, aut in pace: Quis veró nesciat alium statum

Boetius de Philosophica cōsolatione lib. 1. Seneca epist. 16. & 25.

Quid sit liberalitas secundum Arist. vide in 1. Reth. & in 4. eth. consule D. Tho. in secunda 2. quest. 107 art. 1.

Vitam mediocrem amplectendā per pulchre expressit Boecius in 2. de philo. consola. metro 4. & Horatius lib. 2. carm. od. 10.

Et tamē de side riū diuitiarū, va dit in infin tū ra tionē huius in explicabilis cupiditatis habes apud Arist. in 1. polit. cap. 3.

tum esse priuatorum, aliũ principũ & eorũ qui assidue versantur in Republica? & plurium hos diuitiarum, illos autẽ pauciorum egere simpliciter, quod si statuum proportionem cogites, ęquales erunt omnium diuitię, quia omnes erunt in aurea mediocritate. Curij Fabritij, & veteres illi Romanorum Imperatores cõtenti erant paruo, id quod satis esset, volebant, ac modũ ponebant suis cupiditatibus, nũ propterea non erant diuites? nũ exercitus non alebant? num bella non gerebãt? nũ secundũ virtutes non operabãtur? Horatius in Saphico illo, Ocium Diuos rogat in patenti. Appositissime reprehendit hominum stultitiam, & vanam temeritatem, qui cum omnes naturę inpulsu ocium, & tranquillitatem expetant, ambitione tamen, & cupiditabus excecati, nescientes, nec potentes auream tenere mediocritatem, se precipites dant in mille sollicitudines, & assiduas molestias, & in miseros tumultus mentis, nec modum nec finem possunt inuenire suarum ansietatum, & perturbationum. Martialis porrò non eorum nobilium, qui aut Domi Rempublicam moderantur, aut foris bella gerunt, sed eorum qui priuatam vitam agunt, fęlicitatem pulcherrimo endecasyllabo describit, ponitq; omnibus ante oculos hoc modo.

lib. 2. carm. ode 16. ad Crosphũ

lib. 10. ad se ipsum stan. 47.

*Vitam quę faciunt beatiorem,*
*Iucundissime Martialis hęc sunt:*
*Res non parta labore, sed relicta.*
*Non ingratus ager: focus perrennis:*
*Lis nunquam: toga rara: mens quieta:*
*Vires ingenuę: salubre corpus:*
*Prudens simplicitas: pares amici:*
*Conuitus facilis: sine arte mensa:*
*Nox non ebria: sed soluta curis:*
*Non tristis torus: at tamen pudicus:*
*Somnus, qui faciat breues tenebras:*
*Quod sis esse velis: nihilq; malus:*
*Summum, nec metuas, diem, nec optes.*

Vt

VT ad propositum redeam, & quod res est, dicam paucis, ad honeste viuendum, & secundum virtutem, & laudabiliter agendum ita necessarię diuitię sunt omnibus, quantæ sint satis cuique pro conditione sui status, ut contineāt se omnes in aurea mediocritate, quatenus eorum statum requirit; ex his persuasum habemus, nihil referre ad nobilitatem, siue antiquæ, siue nouę diuitię sint. Cum enim instrumenta sint, vt dixi, tam nouę, quam antiquę diuitiæ satisfuerint sine discrimine ad studiosas actiones obeundas. Quid rogo interest in dando; siue largiamur ex antiquis, siue ex nouis? quàmquàm verò ad bonas, & honestas actiones illud nihil, aut minimum referat: tamen vt Arist. in 2. Rethoricorū lib. ad Theodecten ait; interest inter locupletatorum nuper mores, & iā diu diuitum. Magis.n. mala ōnia insunt nuper locupletatis. peioraq; in ipsis sunt, Nam nuper ditatus, veluti non castigatas habet diuitias: prętetea iniurias non ex malignitate, sed alias ex contumelia, alias ex intemperantia faciunt, veluti virgis cedere, & adulterari. Denique gloria, & claritas nobilitatem subsequitur, vt eius fructus. gloria quidem est frequens de aliquo fama cum laude: sic enim Quintilianus inquit, cōsentiens laus bonorum gloria appellatur. Est tamen inanis gloria vitiorum plerunq; laudatrix, quę definitur esse popularis fama, ex honestatis simulatione prouenie̅s. inter gloriam, & claritatem hoc interesse testatur Seneca in 13. lib. epistolarum; quod gloria multorum iudicijs constat, claritas bonorum; sed quemadmodum patuit ex sententia Quintiliani, vera etiam gloria bonorum iudicio constat. Hęc vera gloria, seu claritas. Quam Cicero in oratione pro Marco Marcello sic definiuit, gloria est illustris, ac per vagata magniorum, vel in suos ciues, uel in patriam, uel in omne genus hominum fama meritorum: est nobilitatis perpetuus, & inmortalis fructus, qui aboleri non potest interitu, ac separatione ipsius animę à corpore; quamuis precellentes, & studiosę actiones auferantur, adeoque nobilitas cum virtutibus extinguatur.

Diuitię & opes ita differūt secū dū Ciceronē in lib. de Amici. Nā Diuitię spectant ad neces sariū usū. opes verò ad magnificentiam.

Peiores sunt nuper ditati, quam Ditati ab Antiquo.

Cicero in Rethorica & ista est duplex vide cōmētū super Boetium de philo. consolo. l. b. 3. prosa 6.

Vide Ciceronē in philippicis lib. 1.

tur, quique renouat apud posteros certam quandam vitę temeritati fortunæ haud quaquam subditam. ac proinde Virgilius in decimo libro Æneidos introducit genitorem consolari ob mortem Pallantis Herculē, ostendendo mortem parui pendendam, si modo nobilem, & studiosam operationem fama subsequatur. Verba hęc sunt digna, quę hoc loco recitentur.

*Stat sua cuiq; dies, breue, & irreparabile tempus,*
*Omnibus est vitę; sed famam extendere factis,*
*Hoc virtutis opus.*

NEC propterea Aneas vir magnanimus, & fortissimus lamentabatur, quod se aquis obrutū iri, & in eis interiturū metueret, sed eo gemebat, quia sic moreretur inglorius, & sine fama, & laude; quare Virgilius Poeta sapientissimus facit eum in primo lib. Æneidos, ita queri, vt velit, ac desideret olim se interijsse ante ora patrum sub menibus Troię interpugnādum; quoniam interitus ille cum gloria fuisset, tum fama, & laude, tum quia tali morte omnio adeptus fuisset inmortalitatem. Ac sanè viro nobili, ac tali, qualis erat Æneas, fugienda simul est mors, & vita, quæ nihil affert glorię, nihil laudis, & claritatis, Æneas inquam expauescens genus illud mortis ingloriæ, atq; illaudabilis.

Nā vt idē virg. ait lib. 2. Æneidos Pulchrumq; mori succurrit in armis. hoc idem sensit Plato. in Menezeno, siue in funebri oratione. lib. 1. Æneidos.

*Talia voce refert ò terq; quaterque beati.*
*Quę is ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis*
*Contigit oppetere: ò Danaum fortissime gentis*
*Tytidę mene Iliacis occumbere campis*
*Non potuisse: tuaque animam hanc effundere dextra?*
*Sæuus ubi Æacidę tęlo iacet Hector, vbi ingens*
*Sarpedon, vbi tot simois correpta sub vndis*
*Scuta virum, galeasq; & fortia corpora voluit.*

Fugiendam ētiam esse vitam, quęq; nihil habeat gloriæ, ostendit amarulenta ironia Veneris in 10. lib. Æneidos ita de Ascanio dicentis ad Iouem.

Hunc

*Hunc tegere, & dira valeam subducere pugnę,*
*Est Amathus, è celsa mihi Paphos, atq; Cyterea,*
*Idaliaq; domus, positis in glorius Armis*
*Exigat hic auum.*

HÆC fama veró, & gloria viuens in posteris excitat eos mirificè ad imitationē, atq; ad clarissima opera; Noctu ambulabat in publico Thęmistocles, quod, vt Cicero in 4. lib. Tusculanarum questionum ait, somnū capere non posset, quęrentibusq; respondebat, Milciadis Tropheis se è somno suscitari, & Salustiūs, Romanos ait fuisse laudis auidos, pecuniæ liberales, ac ingentem gloriam, & honestas diuitias voluisse. Hęc gloria Fabios, Marcellos, Africanos, Cæsares ad res magnas forti animo capescendas impulit, vt Valerius Maximus probè dixerit, Tu sola animos, mentemq; peruris, Gloria. Hanc Silius Italicus facem honestę mentis vocat dicens.

Vnde & Romani in conuiuijs, ad Tibias egregia superiorum opera carminę comprehensa pangebant, quo ad ea inmitāda virtutē iuuenū alacriorem red derēt. vide Val. Max. li. 2. de institutis Antiq.

*Abripuit, traxitque virum fax mentis honestę gloria*

Alexander Magnus cum in sigeó ad Achillis Tumulum astitisset, ó fortunate, inquit, adolescens, qui tuę virtutis preconē Homerū inueneris, que Verba ita Silius expresit

Cuius Homeri libros in magno precio habuit Alex. Magnus, nā capto interspolia Darii Persarum Regis vnguentorū scrinio (quod erat Auro, gemmis, ac margaritis pretiosum) eos inclusit, vide Plinium lib. 7. cap. 29.

*Felix Æacida, cui tali contigit ore*
*Gentibus ostendi, creuit tua carmine virtus.*

Cæsar quoq; in Hispania cū res gestas ab Alexandro in pictura quadam, vt Plutarchus ait, contemplaretur, effusis lacrimis ingemuit, quod ea ætate, qua iam Alexander orbem terrarū subegisset, nihil ipse, adhuc fecisset memorabile. Hanibal apud Silium cum in pugna canensi alloqueretur milites, dixit se velle gloriam solam omnium laborum suorum mercedem, hoc modo .n. inquit.

*Mihi magna satis sat uera superque*

*Bellandi merces sit gloria, Cætera vobis.*
*Vincantur.*

Ad Nobilitatē igitur, quæ virtutibus, & virtutū operationibus comparatur, & essentialiter in eis consistit, propria gloria subsequitur, nec satis est maiorum, aut gloria, aut claritas. Quod si Arist. definierit Nobilitatē esse claritatē non simpliciter, sed maiorū, non erat illa sua, & philosophica opinio, sed Rethorica; loquebatur.n.vt materia illa postulabat, cum doceret, ac instrueret oratorem, cui satis probabilia, & popularia sunt. Nequaquā satis esse ad verā Nobilitatem, gloriā, & claritatem ex maiorū virtutibus emergentem, sed propriā quoq; necessariam esse indicat Iuuenalis, dicens.

lib.2.Reth.

*Quis.n. generosum dixerit hunc, qui*
*Indignus genere, & preclaro nomine tantum*
*Insignis? nanum cuiusdam Atlanta vocamus:*
*Aethiopem, cygnum: paruam extortamque puellam* (Satyra 8.)
*Europen. canibus pigris, scabieq; vetusta*
*Leuibus, & siccæ lambentibus ora lucernæ*
*Nomen erit pardus, Tigris, Leo, siquid adhuc est*
*Quod fremit in terris violentius.*
*Sed te censeri laude tuorum*
*Pontice noluerim, sic, ut nihil ipse futuræ*
*Laudis agas. miserum est aliorum incumbere famę.*



Quomo-

## Quomodo accipiãt honorem, cum passim dicunt, Honor meus huc me impulit. Cap. 16.

Quia honor multas habet significationes, & nos ante diximus propriè cõpetere honorẽ cõtemplatiuis, & diuinis, vt actiuis laudem: propterea ne tractatio forte fortuna obscuretur, operęprecium est annotare hoc loco sumi honorem vulgo pro gloria, & claritate hac, quę fructus est veræ nobilitatis, cũ pręstantes animi homines imputatione alicuius indignitatis cõmoti aliquẽ prouocant ad monomachiam, idest ad singulare certamen, propter honorem suum defendendum, & conseruandum, quęrentibusq; respondet hoc modo, impulit, adegitq; huc me honor meus; imputatio quidem indignitatis prohibet, quo minus fiant clari, atq; illustres, aut spectabiles, & eorum gloria, seu claritas, quam parit nobilitas, eos consequatur, & comitetur. Itaque singulari certamine volunt eam indignitatis imputationem remouere, quę impedimento est, ne honor, idest gloria ipsorum, & consequiens laus bonorum elucescat.

†

### Annotatio F. H.

Quoniam multa sunt propterque honorem exibere solemus, hinc factum est, vt pro diuersitate subiectę materiæ hoc vocabulum diuersa significet. nam aliquando honorem pro pulcritudine ponimus. Virgilius.

*Frigidus & sylvis Aquilo decussit honorem.*

Aliquando pro obseruantia, & cultu. Virgilius

*Semper honore meo, semper celebrare donis,*

Interdum pro pudicitia. non nunquam pro prœmio, Vir.

*Ipsis præcipue ductoribus addit honores.*

Quandoque pro sepultura, Virgilius.

*Cernit ibi mestos, & mortis honore carentes.*

## Nequaquam posse fieri nobiles, tum qui sint expertes quidem virtutum, tum qui pauperes Cap. 17.

QVI carent virtutibus, eos necesse est pariter carere vera nobilitate, ac multo magis, qui sūt vitiosi: atq; hoc principio Marius profecturus in Aphricam apud Salustium in ea oratione, quam in concione populi ad Quirites habuit, inuectus est contra veterem Nobilitatem Romanam, eamq; vehementer, vti consueuerat, exagitauit, ostenditq; naturam esse vnam, & communem omnium, & fortissimum quenq; esse generosissimum: Deinde fieri nō potest, vt pauperes, qui instrumentis priuati sunt comparādę Nobilitatis, ipsam nobilitatem assequātur, nisi forte à locupletibus adiuuentur; possunt quidem contēplatiui, & honorabiles euadere, nō tamen actiui, nobiles, & laudabiles. Quod si quis per diuitias acquisierit virtutes, & nobilitatem, isq; porró amissis diuitijs in paupertatē inciderit, propter uirtutes, ille adhuc erit nobilis, at solum habitu; nam quia opera uirtutum obire minimè habet integrum, propterea nō erit actu nobilis; Habitualē verò illam Nobilitatem, nulla gloria seu claritas, & laus nulla, subsequitur, sed tantum actualem: quare nemo pauper quamlibet studiosus potest esse clarus, atq; illustris, nam, vt ille inquit.

*Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat*
*Res angusta domi.*

Iuuenalis.

Pauperes igitur meritò finguntur, manum unam habere alatam, & alteram saxo illigatam, desiderium quidem studiosi pauperes habent volandi, ascendendiq; ingenio suo in sublime. at saxo, & pōdere paupertatis in obscuro, & infimo loco ignobilitatis detinentur oppressi, atq; impe diti, cuius rei hoc tetrasticon Andreę Alciati extat cum suo Emblemate.

Quomodo per se natura nō sit sufficiens ad spe culandū, sed op portere necessa ria existere, con sule Aristotelem in 4 ethi.

*Dextra tenet lapidem, manus altera sustinet alas*
*Vt me pluma leuat, sic graue mergit onus.*
*Ingenio poteram superas uolitare per arces.*
*Me nisi paupertas inuida deprimeret.*

## Additio F. H.

Optime paupertas assimilatur oneri, Nam sic inquit Menander. Nullum paupertate grauius est onus; ipsa enim paupertas reddit homines abiectos, & ridiculos, sicut Iuuenalis inquit.

Vide D. Thom. cōtra Gen. lib. 3. cap. 134.

*Nil habet in felix paupertas durius in se*
*Quam, quod ridiculos homines facit,*

Vnde obseruandū, quod paupertas est duplex, volunta ria, & leta, alia inuoluntaria, & tristis, prima paupertas est appetenda, secunda fugienda. De prima loquitur Seneca in Epist. honesta res est læta paupertas; paupertas. n. expedi ta secura est, & in 18. epist: O Lucille incipe cū paupertate habere commertium, aude contennere opes; Nemo alias est Deo dignus, quám qui opes contempserit. secunda pau pertas scilicet inuoluntaria, & tristis fugienda est, quia mortalis est, & ratione tristitię stupefacit & corrumpit na turam. Egestas autem, vt quidam volunt, sic differt à pau

Paupertas cur a pud hōes bonos esse potius solet quàm apud pra uos, rationē hu ius habes apud Ar. in pble. sect. 29. tex. 4.

pertate

pertate, quod egestas est, quando ad vitam necessaria desunt; paupertas verò, quando licet non adsint opes, tamen necessaria suppetunt; vnde Tibullus.

*Me mea paupertas vita traducat inerti*
*Dum meus assiduo luceat igne focus.*

## De duobus Nobilibus, quorum vnus ex nobilibus suis maioribus, alter ex obscuris natus sit, vter eorum sit clarior, & illustrior? Cap. 18.

CVM, vt Marius in oratione ad Quirites dixit, natura vna, & communis omnium hominum sit, nec veram nobilitatem sanguinis, aut diuitię efficiant essentialiter, at sola, & vnica virtus, quanquam possunt diuitię, tāquàm instrumenta, & sanguis, vt paulo post dicam; hoc loco pretermitti non conuenit si duo proponantur nobiles quorum vnus ex parentibus, & auis nobilibus veteri nobilitate descenderit: alter verò ex obscuris, & sordidis neutrum altero esse nobiliorem, quod pertinet ad essentiale ipsius verę Nobilitatis, si ambo quidem sint pares ornamento virtutum, ambobusq; suppetant diuitię, quantum satis est. Verum quod spectat ad gloriam, & claritatem, primum altero esse multo clariorem, & illustriorem, sua enim ille, & suorum gloria multis iam annis, ac ętatibus comparata, lucet in Republica (itaq; refert plurimum veteri ex nobilitate ortum esse ad gloriam, & Claritatem. Quare laudis argumētum accipiunt doctissimi viri à maioribus. vt Horatius inquit.

Lib. 1. car. ode. 1. *Męcenas atauis edite Regibus*

Etiam

Etiam aliquo modo refert ad Nobilitatem, propter meliorem, & faciliorem educationem) hic verò nouus homo est, ac tantum sua gloria incipit, vel difficulter, & magnis laboribus emergete, hoc ferè Sybilla, Vates, & Sacerdos Bacchi ad Æneã apud Virgiliũ in 6. Æneidos ita expresit

Quasi in principio.

*Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni,*
*Noctes, atq. dies patet atri ianua ditis,*
*Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras,*
*Hoc opus, hic labor est pauci quos equus amauit*
*Iuppiter, aut ardens euexit ad athera virtus*
*Dijs geniti potuere.*

## Natos ex Nobilibus, non esse Nobiles, nisi Maiores suos virtutibus immitentur. Cap. 19.

SICVT plurimi omnibus ętatibus humili loco nati clari euaserunt, ita maximus perpetuò est eorum numerus, qui à parentibus claris degenerent; quemadmodum igitur illi sunt verè nobiles propter acquisitas virtutes, nec eis obest nouitas: sic hi verè sunt ignobiles propter vitia, & turpitudinem vitę, nec eis maiorum suorum quicquam prodest nobilitas, ac hi tamen solent magis, magisq; ambitiosi esse, & maiorum suorum similes contemnere, & nouos homines, etiam si virtutibus, & factis præcellentibus claruerint, habere pro nihilo, atq; aspernari: sed his nomine omnium illorum Marius in bello Iugurtino respondet, ac Cicero nouus homo ad Salustium respõdet hoc modo; Ego meis maioribus virtute mea pręluxi, vt si prius noti non fuerint, à me accipiant initium memorię suę, tu tuis vita, quàm turpiter egisti, magnas offudisti tenebras, vt etiam si fuerint egregij ciues, certè venerint in obliuionem; quare noli mihi antiquos viros

D. Ioa. Chri. sup Mat. Hom. 5: inqt Nobilitas vel bonitas Cognatorũ nõ valet, nisi fuerim' nos ipsi boni. & Sene in Her. fure. tragedia 1. dicit Qui Genus laudat suũ, aliena laudat. & Oui. 1. li. de Põto eleg. vlt. inqt. Nõ census nec clarum nomen Auorũ, Sed probitas magnos ingeniumq; facit.

Plutarcus in Apophtema refert aliud exemplũ, dicit enim quod Iphicrates qm̃ Cerdonis esset filius, ad Hermodiũ, qui sibi Ignobilitatẽ exprobauit, respondit, meum inqt genus à me Ipso initiũ sumit, tuum autem in te finit.

viros obiectare; satius est enim me meis rebus gestis florerè, quàm maiorum opinione niti, & ita viuere, vt ego sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplũ. Valerius Maximus de Manlio Torquato, cum ille Sillanum filium suum iuxta de causa, & Republica, domo sua indignum iudicasset, protinusq; è conspectu suo abire iussisset, nec substinuisset, tam tristi patris sententia percussus Sillanus lucem vlterius intueri, suspendioq; se proxima nocte consumpsisset, hęc verba subiecit, peregerat iam Torquatus seueri Religiosi iudicis partes, satisfactum erat Reipublicę, habebat vltionem Macedonia, potuit tã verecundo obitu filij, patris inflecti rigor. At ille neque adolescentis exequijs interfuit, & cum maximè funus eius duceretur, consulere se volentibus, vacuas aures accomodauit; videbat enim se in eo atrio consedisse, in quo illius imperiosi Torquati seueritate conspicua imago posita erat; prudentissimoq; viro succurrebat effigies maiorum suorum cum titulis suis. Idcirco in prima Ædium parte posui solere, vt eorum virtutes posteri non solùm legerent, sed etiam imitarẽtur; Nunc verò innumeris exemplis, quę passim leguntur in optimorum auctorum historijs, & grauissimis Philosophorum argumentationibus prętermissis, Iuuenalem, quod dicimus, exemplis hoc patefacientem, & Catilinę atq; Cethegi, quorum maiores nobilissimi fuerant, ac nouorum hominum Ciceronis, & Marij audiamus.

Valerius Max. lib. 5.

*Quis Catilina tuis natalibus, atq; Cethegi*
*Inueniet quidquam sublimius? arma tamen vos*
*Nocturna, & flammas domibus, templisq; paratis*
*Vt bracatorum pueri, senonumq; minores*
*Ausi, quod liceat tunica punire molesta.*
*Sed vigilat consul, vexilaq; vestra coercet.*
*Hic nouus Arpinas ignobilis, & modo Romę*
*Municipalis eques, galeatum ponit vbique*
*Pręsidium attonitis, & in omni gente laborat.*

*Tantum*

*Tantum igitur muros intra toga contulit illi*
*Nominis, & tituli, quantum, non leucade, quantum*
*Thessaliæ campis Octauius abstulit vdo*
*Cędibus assiduis gladio. sed Roma parentem,*
*Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.*
*Arpinas alius Volscorum in Monte solebat*
*Poscere mercedes alieno lassus aratro,*
*Nodosam post hęc frangebat vertice vitem,*
*Si lentus pigra muniret castra dolabra.*
*Hic tamen, & cimbros, & summa pericula rerum*
*Excipit, & solus trepidantem protegit vrbem.*


Tandem concludit Iuuenalis pro studiosis nouis hominibus, contra eos, qui vitijs suis à claris parentibus, & maioribus turpiter degenerauerunt, quiq; ventosos titulos, & spendorem sui generis habent semper in hore, atq; assiduę iactitant.

*Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis* Satyra 8.
*Æacidę similis, vulcaniaq; arma capessas,*
*Quam te Thersitę similem producat Achilles.*
*Et tamen vt longe repetas, longeq; reuoluas*
*Nomen ab infami gentem deducis à ylo.*
*Maiorum primus qui, quis fuit ille tuorum.*
*Aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo.*

## Additio F. H.

VNDE D. Ioannes Chrisostomus ad hoc propositũ inquit, de vitijs nunquã erubescamus parentum, sed illud vnum queramus, semper amplectamur virtutẽ videlicet, huiusmodi etiam si alienigenam habet matrem, etiam si fornicatione pollutam, vel quolibet huiusmodi dedecore sordidatam, nil tamen de eius, aut vilitate fuscabitur, aut crimine polluetur; quod si fornicatorem ipsum ad meliora conuersum nequaquam prior vita commaculat, multò magis ex meretrice natus, & adultera si propria virtute decoretur, parentum suorum, nec dedecora- SuperMat. hõ. 4. & hab. dist. 56 c. unquam.

F tus



tur obrobrijs. Quid .n. prodest ei quem sordidant mores generatio clara? aut quid nocet generatio vilis, quem mores adornant? ipse.n. se vacuum ab omnibus bonis ostendit, qui gloriatur in patribus, & D. Bernardus scribens ad Eugenium dicit. Genus Apostolorum non aliunde est nobile, quàm morum ingenuitate, & fidei fortitudine.

Idem super illud Mat. 4. patrem habemus Abraam.

## Natos ex Maioribus nobilibus, quamuis propter vitia non sint nobiles, tamen esse patritios, & generosos. Cap.20.

Nobilitas iniftis est res mostruosa, & tantũ eis prodest, vt speculum cęco.

QVamquam reuera, non sunt nobiles, qui ex claris parentibus orti sunt, cum virtutibus carent, vitamq; agũt in vitijs, & cũ dedecore, atq; à progenitoribus suis degenerant, illi tamem patritij sunt, quia sedent cum patribus in Republica, & in cætibus hominum, à plebeis differunt, quod ad externam viuendi rationem pertinet, quodq; ad illum gradum spectat, quem tenent in ciuitate; generosi etiam sunt, quoniam ex illustri, & claro genere orti sunt; quemadmodum enim Statius inquit, Generosi sunt Auitis titulis. Ac hi vulgò in Italia vocantur *Gentil'huomini*, quia sunt ex gente, aut familia, nominis, & existimationis alicuius. Hi tamen, se esse veros nobiles opinantur & pretendunt; cum passim iurant, *à fe da Gentil'huomo.* Quandoquidem solius viri nobilis, proprié est integra, & studiosa fides; quòd si dicantur nobiles, & huiusmodi habeantur in populo, nihil moror, quid Vulgus, & indocta multitudo, aut loquatur, aut sentiat.

## Additio F. H.

Hinc preclarus quidam Poęta contra nobiles sine virtute eleganti carmine sic inuehitur.

*Sint tibi Gallorum Rex, & Regina parentes,*
*Et maneat virtus pectore nulla tuo,*
*Non pluris faciam te, quam tibi rustica mater*
*Si sit, & ignarus rusticus ipse pater.*

Vulgus dicitur vt quidam volũt à voluẽdo quod stulte huc atq; illuc voluatur, hinc vulgaris dicitur, hoc est vilis, ac communis.

Et Ioãnes Stobęus in suo tractatu de Nobilitate serm. 84. sic inquit.

*De Nobilitate parum laudis prædicare possum.*
*Bonus enim vir, mihi nobilis videtur.*
*Qui verò non iustus est, licet à patre meliore.*
*Quàm Iuppiter sit, genus deducat, ignobilis mihi cẽsetur.*

Demum sic ait Philo Iudeus in libro de nobilitate; Nobiles soli dicẽdi sunt, prudentes, & iusti, etiam si è vernis aut empticijs nati sint. Mali verò, etiam ex honestis maioribus nati, non sunt nobiles. Et Cassiadorus in quadam epistola inquit, Melius est de contemptibili genere nasci, & clarum virtutibus fieri, quàm de claro genere natũ criminose viuere. Vide Pelbartum in Aureo Theologię Rosario. Thomo 2. Dictio, Nobilitas.



## Quibus dantur priuilegia Nobilitatis, eos non esse nobiles, veruntamē esse non generosos quidē, sed patritios, & veros nobiles, propter virtutem, si noui sint, nec esse generosos, nec patritios. Cap. 21.

QVI priuilegia nobilitatis accipiunt à Regibus, & Principibus, hi proculdubio sunt patritij, tum quia gradum tenent cum patribus in Republica, tū quia separantur à plebe, sed generosi minime sunt; quia ex claro genere non proueniunt, immò nobiles propter virtutē, qui sunt noui, quales fuerunt Cicero, & Marius ambo Arpinates, minimè sunt; eadem ratione, generosi. quarè ni tentes propria vocabuli significatione, iure appellari non possunt. *Gentil'huomini*, sed neque patritij sunt, nisi propter sua merita coaptentur, & ponantur in aliquo certo gradu honoris, & dignitatis in Republica, vel populi, & Senatus electione, vel auctoritate Principis. Nam sola virtus quamuis faciat homines verè nobiles, haud quaquàm illos tamen facit, vel generosos, vel patritios, quia nemini vllum tribuit gradum in Republica. Deinde patritij ex priuilegio, qui sinè claro genere sint, ac sine virtutibus, etiam si multas diuitias possideant, non tamen sunt magis nobiles, quàm si docti sint, quibus immeritò dantur insignia doctoratus, illi quidèm fiunt doctores, at docti effici nequeunt sinè doctrina; similiter hi accepto priuilegio facti sunt patritij, sed fieri sinè virtutibus nobiles non possunt. Regula enim est Philosophorum, effectum formalē non esse absq; causa formali; quomodo enim fuerit album sine albedine? & calidum sinè caliditate?

Quemadmodū nec concretū sine abstracto.

Qui

## Qui sit nobilis in Ciuitate, ac in Republica Cap. 22.

Diximus de vera nobilitate, quiq; sint reuera nobiles, ut in scolis docent Philosophi, atque vt videtur immobilis, & incorupta veritas postulare. Nunc roget quis, & poscat à nobis definitionem nobilitatis populari opinione, & qui habeãtur nobiles in Senatu, & in populo, & quibus in ciuitate, ac in Republica gradus, & locus debeatur nobilitatis. Hi nobiles inquam habentur, & sunt vulgari, & conmuni hominum opinione in Ciuitatibus, & in Republica, qui patritij sunt, non solùm ingenui, vt eos uocat Cinthius; nec solúm senatores, aut senatorum progenies, velut in primo libro inquit Liuius. Romulus centum creat senatores, qui patres ab honore, patritij quoq; progenies eorum appellati. Nec hi solum, de quibus Cornelius Tacitus air, hisdem diebus in numerum patritiorũ asciuit Cęsar vetustissimum quenq; ex senatu, aut quibus clari parentes fuerãt. sed quodcunque à plebeis gradu aliquo dignitatis segregantur, siue patritiatum habeant electione, siue principis auctoritate, siue à maioribus suis eam dignitatem sola natiuitate acceperint, atq; illi quidẽ siue florent splendore, ac luce virtutum suarum, siue id minus. Hæc vero potissimum vera sunt, que dico, in Regno, & in optimorum potestate, nam in censu potestate, cum sit pauperum, & mediocrium regimen, ea Respublica non habet patritios, nec generosos homines; multominus in Tyrannide, in paucorum potentia, & in populari potentia sunt patritij, quandoquidem illę non sunt Res publicę, sed labes, & transgressiones rerum publicarũ, aut certe in his tales existunt patritij, quales sunt Respub.

Quos

## Quorum intereſt eligere, aut aſſumere aliquos ad patritiatum, eos debere hominum merita, non perſonas reſpicere, quod ſi aliter eueniat, ueros nobiles debere illud æquo animo ferre.

## Cap. 23.

AD quos pertinet eligere, aut aſſumere homines ad patritiatum, ſeu patritios creare, qui gradum in ordine illo dignitatis teneant, hi nequaquam debēt perſonas reſpicere, ſed virtutes, & merita perſonarum, vt nimirum illi ſint verè nobiles, hoc eſt non tātum exterius, ſed etiā in animo, quod ſi nolint facere, aut velint quidē, ſed fallantur in eligendo, & aſſunmendo inmeritos ad patritiatum, creati patritij, quamuis indigni ſint, habendi tamē ęque ſunt ab omnibus ac nobiles, & patritij. ne ociū, & concordia ciuitatis vlla perturbatione remoueatur, ac tollatur de medio. Quod ſi bonorum, qui digni erant patritiatu, habita ſit nulla ratio, tum illi per ſe gaudeant ſua vera nobilitate, quam in animo habent, nec doleant, nec lamententur, ſed æquo animo ferant, quod minimè creati ſunt patritij, atque hanc iniuriam donent ocio, & tranquillitati patrię: ac ſecū in animo cogitent, populos, & Reſpublicas magis gubernari legibus, & priuilegijs, quā virtutibus, nec regi poſſe alia ratione humanas res. quāquā enim boni uiri, non opus habent legibus, quandoquidem benè, & honeſtè uiuūt, non propter legem, non formidine penę, ſed etiam ſi nulla eſſet lex amore, & propenſione virtutis: tamen leges neceſſariæ ſunt, quibus regantur populi, quia pauci ſunt boni ex animo, atque illi etiam plerunq; ignoti, mali autē ad Hypocritæ innumerabiles, qui

Ariſt. in 3. polit. Nam lex. eſt ordinatio quedam ſm̄ rationem de cōferētibus ad finē Politię, iſti .n. ordinationē habēt in ſe ipſis ideo sūt ſibi leges. Deridendus igitur eſſet ille, qui vellet dare legē iſtis virtuoſis, cū in eis nō ſit cauſa, ꝓpter quam lex fertur videm Iſiodorū lib. 2. Etymologiarum.

lib. 1. epiſt. epiſt. 16. ad Quintiū

qui nequaquam honeste viuant, nisi aut simulatione, aut metu legum, & timore pœnæ, rectè sanè inquit Horatius.

*Oderunt peccare mali formidine pœne.*
*Oderunt peccare boni virtutis amore.*

## Additio F. H.

Aldus Manutius in suis annotationibus in Horatium arbitratur primum, versum videlicet, oderunt peccare mali formidine pœne. esse adulterinum, & dignum transfodi obelo, uide ipsum super episto. 16 primi libri, & pulcherrimas habebis rationes.

## Non posse verum Nobilem reijcere illum, qui sit Nobilis ex priuilegio; at contra licère patritio, verum nobilem reijcere in externis actionibus. Cap. 24.

PVTO ex his, que dixi, perspicuum esse, verũ nobilem iure nõ posse in publicis actionibus reijcere tanquã ignobilem, cum qui sit patricius, & nobilis ex priuilegio, aut generosus; aut sanè vt dicã Italicè. *Gentil'huomo*, cum tamen patritio liceat, verum nobilem, qui non sit patricius, reijcere; quandoquidem eiusmodi nobilis, quã uis propter virtutem habeat merita quam plurima, tamen in Republica, & in ciuitate nullum dignitatis gradum retinet, in hac porrò nobilitate, quæ non ex virtutibus, sed ex legibus pendet, sunt varij gradus, vt alij alijs preferantur, vt comites equitibus. Verum de his particularibus exactius differere pertinet ad iuris consultos; mihi satis est vniuer-

vniuersalia, quę depromuntur ex Philosophia nunc dicere à quibus omnino pendent ea particularia.

## Nobilibus curandum esse non solum, ut filios generent, sed etiam, ut illi bene educentur.

## Cap 25.

QVoniam vetus nobilitas interdum vitijs, & turpitudinibus aliquorum obscuratur; & filij à parentibus claris degenerant sępe numero, vt superioris Affricani filius Scipio, & Quinti Fabij Maximi Alobrogici, & ciuis, & Imperatoris Clarissimi filius; & Hortensij Corbij Nepos: & aliorum multorum liberi, familias suas nefarijs vitijs dedecorarunt; vt inueterem nobilitatem plerunq; & meritò quidem inuheantur vnà cum Mario quāplurimi; propterea necesse est, vt viri nobiles toto pectore in hoc studiū incumbant, vt liberi sui à teneris annis optimè educētur, quo videlicet eos, nō solū Reipublicę, ac patrię videantur genuisse patritios, & generosos, verum etiam illos dedisse nobiles, vt decet splendore acquisitarum, & propriarum uirtutum, vt que ipsi liberi, non modo ex familia, & domo sua gloriam, & claritatem accipiant, sed magis, magisq; illam studiosis actionibus reddant claram, & illustrem, magisq; in dies bene mereantur de patria; nobiles autem uiri exploratum habeant optima queq; instituta & optimam quamq; disiplinam, optimam quamq; Rempublicam costituere, cunq; in omnibus facultatibus, & artibus quędam sint quorum institutio, & consuetudo, cuiusque munera, & officia debeat antecedere: certę virtutis etiam actionibus, atq; officijs quarundam rerū preponi debet, tùm consuetudo, tùm institutio. Et quoniam finis vnus Ciuitatibus omnibus propositus est, profectò vna etiā eadem omnium disciplina sit, cuius cura, & diligentia placuit

Hinc & Seneca li. 2 de ira, educatio filiorū maximā diligentiā plurimū profuturā desiderat, facile est. n. Animos teneros cōponere, sed difficile scindūtur vitia, quę nobiscū creuerūt. Et Ouid. in Epist. Ars fit vbià teneris crimen cōdiscitur Annis. Quod & Salō. testatur dicens Prouer. 22. Adolescens iuxta viā suā etiā cū senuerit nō recedet ab ea.

euit Aristoteli, vt sit publica, non priuata, in 8. lib. Politicorum, inquo Lacedemoniorum laudandum esse ait prudentiam; qui depuerorum virtute, idque publicè vehementissime laborant. Non procrastinanda verò est liberorum sancta, & nobilis educatio. vt probè inquit Horatius ad Lollium.

Quod etiam vult Pla in Dial. de sancto dicit .n. Reipublicę Gubernatores adolescẽtes primò curare debẽt ut Agricola plãtas nouellas. Lib. 1. epist. 2.

*Nam cur*

*Quę ledunt oculos festinas demere, si quod*
*Est animum differs curandi tempus in annum?*
*Dimidium facti, qui cæpit habet, sapere aude:*
*Incipe. uiuendi qui rectè prorogat horam*
*Rusticus expectat dum defluit amnis, at ille*
*Labitur, & labetur in omne volubilis æuum.*
*Fingit equum tenera docilem ceruice magister*
*Ire viam, quãm mostrat Eques. Venaticus ex quo*
*Tempore ceruinam pellem latrauit in Aula,*
*Militat in Siluis Catulus. Nunc adbibe puro*
*Pectore uerba Puer, nunc te melioribus offer.*
*Quo semel est imbuta recens seruabit odorem*
*Testã diù*

Iusta illud Senecæ in libro de Moribus Educatio quidẽ, & diciplina mores facit, & id sapit quisq; quod didicit.

Atque idem Horatius in 6. primi libri sermonum Satyra, Quidquid in se uirtutis, quidquid integritatis esset, id totum patri suo acceptũreferret, qui se á puero institutum ab illo esse fateretur. Deinde vehementer laudat eundem Patrem suum, qui cum ob tenuitatem ipsi Horatio puero, nõ posset alere Pedagogũ, ipse Pedagogi munere fungeretur



## Additio F. H.

NON puto ab re factũ, si hic Magistri conditiones pro iuuenũ educatione assumendi breuibus subijciã. Doctor ergo, vt per belle docet Seuerinus Boetius in li. de Scolastica disciplina, debet esse eruditus, prius.n. oportet vt discat, quàm doceat, nam teste Arist. Hi soli docent, qui causas de singulis dicunt, Et Salomon, antequã loquaris. scilicet docendo, disce audiendo; Vnde illustrisquidã Doctor Martinus de Fano dãs veras Magistri cõditiones dicebat, primo querendum esse Doctorem, si qualia doceri oportet doceat, si libenter ad interrogata respondeat, & si respondendo dubitationes de pectore querentis euellat; si patitur rationabiliter contradici, si causam rationabilem suis dictis adiungit, si videtur, quod asserit de fonte, vel scripturę, vel equitatis, vbi iustitia deficit, prouenire. Item quęrendum an sit satis sufficiens, an vim habeat impressiuam, vt exemplis intelligibilibus instruat, quod ostendit, nec sit in sua lectione pomposus; sed potius vtilis & fidelis, & plus veritati, quam ornamento verborum inherens. hęc ille. Vnde D. Augustinus totum hoc confirmans, inquit, non debet curare, qui docet, quanta eloquentia doceat, sed quanta euidentia, propter quod aliquando negligat verba cultiora, nec curet, quam bene sonet, sed quid quomodo indicet, quod offerendo intendit, quid enim prodest locutionis integritas, quam non sequitur intellectus audientis? Debet pariter magister esse mansuetus, prout oportunum est. Nam vt D. Hyeronimus inquit, nihil est fędius pręceptore furioso, qui cum debeat esse mansuetus, & humilis ad omnes, ex diuerso, toruo vultu, trementibus labijs, rugata fronte, effrenatis conuitijs, facie inter pallorem, & ruborem variata, clamore perstrepitat, & errantes non tam à bono retrahit, quã ad malum sua sæuitia precipitat. Et Seneca propositę magistri conditioni se subscribens inquit, Pręceptores Pedagogosque placidos pueris conuenit dari, aliquando tamen, inquit

cap. 7. in 1. Diui. Sapie. cap. 18.

In quadam epi. quam edidit de modo studendi.

li. 4. de ciu. Dei.

Idem Aug. li. 4. de Doctri. chri.

Super epist. ad Titum super illud non Iracundum &c.

In libro de ira Dei.

quit Boetius, debet esse rigidus, vt lites dissoluat oblatrantes remordeat, obloquentes reprimat, & proteruientes castiget: debet preterea Magister esse diligens, nam sicut in vnoquoq; opere Mater constantia inuenitur, ita vniuersę doctrinæ nouerca est negligentia, tardis enim mentibus (teste Tullio lib. 4. Tusculanarum quęstionum) non facile virtus cōmictitur, & Virgilius in Buccolicis, Tarde venere bubulci, omnis nempe tardus brauio caret, vnde concludendum est, quod esset opportunius mechanice deseruire scientię, quam onerari iugo negligentiæ. Conuenit insuper magistro, vt sit in sermone verax, in iudicando iustus, in consilio prouidus, in commisso fidelis, & constans in vultu, pius aspectu, virtutibus Insignis, bonitate laudabilis; Vnde moralis Seneca in epistola 27. scriptum reliquit, efigamus non eos, qui verba, magna celeritate precipitant, & communes locos volunt, & in priuato circulantur, sed eos, qui vitam docent, qui cum dixerint, quid faciendum sit, probant faciendo, nec vnquam in eo, quod dixerint fugiendum deprehēduntur, & in epist. 35. cum inquit, elige doctorē, quē magis admireris cū videris, quā cum audieris; Hinc sumat exēplū quisq; vt illū emuletur, & cū illo cōuersetur, cuius mores sint probati, alias informabitur coherētia. Nam D. Hieronymus locis superius citatis, inquit, Gręcā narrat Hystoria Alexandrum potentissimum Regem, orbisq; dominatorem, & in moribus, & incessu Leonidis pedagogi sui nō potuisse carere vitijs, quibus adhuc paruulus fuerat infectus. Alias magistri conditiones habes apud Boetium in lib. de Scolastica disciplina cap. 7. vide Plutachum de liberis Educandis, Iuuenalem Satyra 7. Bedam de Templo Salomonis, Senecā de quatuor virtutibus, Ciceronem in primo, & secundo Rectoricorum, & alios,

Nota magistrū fore rigidū hoc eo modo intelligēdum est, quo canones intelliguut, leuis nempe castigatio solū Magistris permissa est.

## Quibus artibus educandi sint Nobilium ingenui filij. Cap. 26.

vide D.Tho.in 8.polit. lect. 1.

SVNT quemadmodum Arist.ait in 8.lib.Politicorum, quatuor ferè artes, quas Solent ad discendum pueris proponere; litteræ, Gymnastica, Musica, & quã quartam quidam ponunt, pictura. Gramatica, & pingẽdi ars ideo proponenda est, quod earum in vita vsus est, isq; multus, nam qui Gramaticam didicerunt, possunt rectè scribere, & loqui, poteftq; illorum sermo congruus, & dignus esse viris nobilibus. Nobilis.n.vir potest, ac debet non solùm in exercitu, adeoque in bello, congruo sermone, conuenientiq; & apposita oratione, militũ animos ad pugnam accendere, verum etiam, quod sua propria interest, domi furiosos, & repentinos ciuium impetus mollire, & extinguere, discordias componere, & sedare improuisas plerunq; seditiones, vt prudenter ait Vigilius in primo lib. Æneidos.

patet ex deffi. ipsius.

quasi in princi.

*Magno in populo cum sępe coorta est*
*Seditio, sęuitq; animis ignobile vulgus,*
*Iamq; faces, & saxa volant, furor arma ministrat*
*Tum pietate grauem, ac meritis si fortè virum, quem*
*Conspexere silent, arectisq; auribus astant.*
*Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*

Octauianus Augustus liberos suos in omni arte fecit erudiri, vt si quando ad egestatem venirent, haberẽt unde honeste uiuerẽt, quod & Censor morũ Cato eleganti carmine cecinit Disce aliquid, nã cum subitò fortuna recedit Ars remanet, cuntãq; hominis non deserit unquam.

Hęc autem efficere non poterit, nisi aptus fuerit ad dicendum, itaq; ingenui, pueri, qui liberaliter educantur, in primis debent curare, vt Gramaticam addiscant, & Rhetoricam similiter, vtque bonos auctores habeant assiduè in manibus, quo videlicet copiam sententiarum, & exemplorum teneant, habeantq; in promptu, ad consulendum, ad hortandum, ad monendum, ad suadenum, ad pacificãdum, & omninò ad commodè loquendum in omni euentu,

tu, vel priuatim, vel publicè, vel etiam de inprouiso, cũ id postulauerit necessitas,& Bonum Reipublice,& ciuium tranquillitas, & concordia

## Additio F.H.

Pœtarum quoq; lectionẽ iuuenibus non esse in vtilem perdocte docet Boetius in lib. de scolastica disciplina cap. 1. & licet Plato Poetas à ciuitate expelli iuberet, eo quod diecbat eos virtutum inimicos, in quo, & eum Tullius lib. 2. Tusculanarum quæstionum cõmmẽdat, tamẽ ipsemet Plato, non potest poetas non laudare, non ab illis discedere, non in testes producere, sic .n. in eo dialigo, qui de amicitia inscribitur, inquit, sed iter, quod ingressi sumus, videtur mihi oportere ire secundum adminicula poetarum, hi nanq; nobis tanq; patres sapientiæ sunt, & duces. Vnde dicendum est, quod obscenos poetas è ciuitate eiciendos iudicauerit Plato, nam Franciscus Patri t. de Regno lib. 2. ca. 9. de talibus loquens sic inquit Poetę obsceni omnio negligendi sunt, bonos .n. mores corrumpunt, & animum nequitijs imbuunt, & Bessarion Card. incalumniat. Platon. lib. 3. cap. 8. habet hęc verba Poetę, quod piè, & iustè dixerunt recipit Plato, quę minus rectè, detestatur, vtilis est ergo si fini debito innitatur, atq; vsu licito exerceatur. Addiscuntur nempe in ipsa verba valde vtilia D. Augustino lib. 1. confessionum teste, sententijs grauissimis referta, ipsius etiam studia iuuentutẽ agunt, senectutẽ oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium, ac solatium prebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur, nec mirũ, cum, & Democritus tradiderit bonos Pœtas diuino quodam spiritu inflammari; ex quo cecinit Ouidius,

Vide Mar. Fi. in Plat. de Rep. Dialo. 3.

Vide etiam lib. de ciui. Dei ca. 13.

Est

Lib.3.artis

*Est Deus in nobis, sunt, & commertia cæli.*
*Sedibus & ętbereis spiritus ille venit.*

Ipsa etiã Poesis Rhetoricę eloquẽtiæ maximum prestat additamentum, quare, & Rhetoricę coniunctissima est, atq; penè germana, est.n. vt inquit Cicero finitimus oratorum poeta; nummeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis veró ornandi generibus socius, ac penè par; poetas autem, quos pre manibus iuuenes sępe habere debent, enumerat ipse Boetius, vbi supra.

## Finis Additionis, sequitur Auctor.

Plato. lib. 7. de leg. Gymnastice nomine exercitationes bellicas contineri docet eamq; diuidit in saltationem, & luctationem.

Pingendi vero ars ad opificum opera iudicanda, subtilius valet, atq; ad locorum, & regionum, & nauigationum õnium descriptiones habendas in promptu. Deinde ad fortitudinem valet Gymnastica, & ad bonam corporis valetudinem, ut agilia, & fortia sint corpora, & assueta laboribus, aut domi, aut militię perferendis; tum musica prodest, ut omnem asperitatem, & barbariem deponant, & quoque ad ocium, quod vita nostra desiderat magnopere ualet, cuius etiam causa videtur adhiberi.n. vitę genus libero dignum homine putamus, in eo ea utimur, quo circa Homerus hoc obseruauit in carmine.

*Quam iuuat argutam mensis adhibere Thaliam.*
*Atq; ita alijs primum nominatis, qui. vt ait,*
*Accersunt, Cytbara illorum, qui mulceat Aures*

Alijs etiam Iocis Vlises eam demum viuendi rationem optimam esse ait, cum letis hominibus.

*Conuiuas aliquis cantu demulcet ameno.*

Additio

## Additio F. H.

PLATO animā nostram musicis proportionibus compactam affirmabat; & Marsilius in eundem, concentus inquit per æream naturam in motu positam mouet corpus, per purificatum aerem, concitat spiritum aer eum animę corporisq; nodum; per affectum afficit sensum simul, & animam, deniq; per ipsum subtilis aeris motum penetrat vehementer, per contemperationem lambit suauiter, per conformem qualitatem mira quadam voluptate, perfundit naturam, tam spiritualem, quam materialem, totumque simul rapit, & sibi vendicat hominem. Et profectò si quis tanta musarum arte, atq; diligentia concentus afferret auditui quātā natura artis vè cura, vel sapores gustui, vel mollia tactui offeruntur, proculdubio cognosceremus Appollinem multò magis animum rapere melodia, quam, vel Baccus vino gustum, vel Venus prurritu tactum soleat occupare. vnde infantes dulcis cantilena ita oblectat, vt ipsos vagientes compescat; pugnantium ita animos in bello, tubarum carmine excitati, conspicimus. Nautas quoque atq; remiges in super, & penè omnes artifices manu operantes vocis modulatione labores facilius posse tollerare, experientia docuit. Et sicut corpora fessa laboribus, ita animos occupatos tētationibus freneticos quodq; hac seditiosos. (Asclepiade auctore) simphonia resonabit. Vnde, & de Rege Saule legitur, cum à spiritu vexaretur maligno requiescere non potuit, donec Dauid Cythara ludente dulcisona eius releuaretur armonia. Cignos etiam hyperboreos citharę cantus adducit, elephantes indicos organica permulsos detineri voce compertum, Fistulis aues allici comprobatum est. Fides Delphinis amicitiam hominum persuaserunt. Sed quid in musicis insisto laudibus? cuius testimonia in scriptura repe riuntur multiplicia, nec in patria deerit, sed longè alia à nostra ibi resonabit. Musicę inuentor fertur Tubal, ut legitur Gen: cap. 4. ipse fuit pater canentium Cithara, & organo

gano, eo quod primus musicã inuenit. Gręci verò dicunt Pythagoram fuisse huius artis inuentorem ex Maleorum sonitu;quod forsitã verum est post diluuium. Alias musicę laudes, definitionem, & diuisionem habes apud Boetium

## Finis Additionis. Sequitur Auctor.

Ad hec bonorum verba,consilia,admonitionesq́;&graues Philosophorũ sẽtẽtiæ,ualere plurimum videntur adhortandos,excitandosq́;liberaliter educatos;valent etiam ad mores ingenuos comparandos,& cõfirmandos, & omnino ad studium honestatis, cum iam recta educatione mores exculti sunt, nam Horatius inquit ad Męcenatem.

lib.1.epist.epi.1

*Feruet auaritia, miseraque cupidine pectus,*
*Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem*
*Possis, & magnam morbi deponere partem.*
*Laudis amore tumes sunt certa piacula, quę te*
*Ter pure lecto poterunt recreare libello.*
*Inuidus, iracundus, iners, uinosus, Amator,*
*Nemo adeò ferus est, ut non mitescere possit,*
*Si modò culturę patientem commodet aurem.*

Vt verò, si qui generosi pueri, & adolescentes careant magistris, aut parentibus, & optimis quibusq́; institutis, cognoscant illi etiam, quibus disciplinis informent animum suum ad veram nobilitatem, & quorum pulcherrimis, & salutaribus exemplis, & egregijs factis, pręter domesticas maiorum suorum imagines,ad virtutes accendãtur, seseq; ad veram nobilitatem parent,his,quę dixi hactenus minime grauabor subijcere hos memoratu dignissimos versus.

*In Terea musis animus, dum molliora tas,*
*Et quę mox imiture legas. nec desinat vnquam*
*Tecum graia loqui, tecum Romana uetustas,*

*Antiquos*

*Antiquos euolue duces . assuesce futura*
*Militiæ, latium retro te confer in æuum.*
*Libertas quęsita placet ? mirabere Brutum.*
*Perfidiam damnas ? Metij satiabere pęnis .*
*Tristę rigor nimis ? Torquati respice mores .*
*Mors impensa bonum ? Decios uenerare ruentes.*
*Vel solus, quid fortis agat, te ponte soluto*
*Oppositus Cocles , Mutij te flama docebit ,*
*Quid mora prospiciat, Fabius. qui d rebus in arctis*
*Dux gerat, ostendet Gallorum strage Camillus.*
*Discitur hic, nullos meritis obsistere casus.*
*Prorogat ęternam feritas tibi punica famam.*
*Regulę . successus superant aduersa Catonis.*
*Discitur hinc quantum paupertas sobria posit.*
*Pauper erat Curius regem cum vinceret auro.*
*Pauper Fabritius Pyrri cum sperneret aurum*
*Sordida seranus flexit dictator aratra.*
*Lustratę lictore casa, fascesq; salignis*
*Postibus affixi ; collectæ consule messes.*
*Et sulcata diu trabeato rura colono*

Brutus fuit primus pręsul Romanus, qui amore libertatis, & iustitiæ propter stuprum Lucretię plurima egit & multa bella pro Romanis init, propterquod celebris euasit. De isto Mutio D. August. habet hæc verba, quod flammis bracchium admouerit, non fuit uirtutis opus, sed inanis glorię cupiditas. uide Dom. de Soto. de iusti. & iure li. 5. q 1. art. 3.

## Additio F. H.

Postpositis alijs aliqua dicenda occurunt de ipso Fabritio, paucis rem tamen absoluam, fuit vir Consul Romanus, qui cum mitteretur pugnare contra Pirrum Regem Epirotarum, Rex promisit sibi partem regni sui, vt transiret ad ipsum, quod Fabritius contempsit, sequenti anno Pirrus obtulit sibi magnam pecuniam auri, vt traderet sibi Romanum Imperium, cui ait Fabritius, Roma, nō vult aurum, sed vult imperare habentibus aurum, propter hoc ipse dictus fuit Fidelis Fabritius. fertur etiam de isto viro preclaro, quod cum quidam ad eum venisset, promittens se Pirrum Regem occissurum, si sibi pecuniam aliquam dare vellet; ipse veró Fabritius hunc traditorem ligatū misit ad Pirrum pro tali scelere puniendū, cui tunc Pirrus

dixit, posſibilius eſt ſolem à ſuo tramite deuiare, quàm Fabritium à via rectè rationis diſcedere.

## Vtrum ne maior nobilitas comparetur ex licteris, an ex armis. Cap. 27.

QVERI ſolet, ac ea in re litigant per multi etiàm doctiſsimi viri, num maior concilietur nobilitas ex literis, an ex armis. Nunc mihi danda opera eſt, vt hę lites componantur. literę igitur ſunt duplices, alijs quidem homines euadunt ciuiles, actiui, & humani, alijs verò contemplatiui, & diuini, quorum ſanè, quia primis laudem, & ſecundis honorem competere antea docui ex Ari. propterea nunc de actiuis, & humanis dicam, eoſque cum militaribus cōparabo, mox de contēplatiuis agā breuiter.

## Literis actiuis, & humanis eos fieri nobiles, & claros, qui illas adipiſcantur. Cap. 28.

NEminem adeo Barbarum eſſe iudico, qui bonas literas, & ſcientias actiuas, & morales, neget vehemēter illuſtrare homines, quandoquidem his tanquam proprijs, & naturalibus perfectionibus excolitur animus, nec illę temeritati ſubijciuntur, nec imperio fortunę, imo ne tempori quidem, quod ferè omnia cętera ſolet cōſumere. Ouidius bonis literis immortalitatem, & gloriam acquiſiuit, ita enim ſuam Methamorphoſin concludit.

*Iam quae opus exegi. quod nec Iouis ira, nec ignes,*
*Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetustas.*
*Cum uolet illa dies, quę nil nisi corporis huius*
*Ius habet. incerti spatium mihi finiat ęui.*
*Parte tamen meliore mei super alta perennis*
*Astra ferar. nomenque erit in delebile nostrum.*
*Quaq; patet domitis Romana potentia terris.*
*Ore legar populi, perq; omnia sęcula fama,*
*Si quid habent veri vatum pręsagia viuam.*

Similem sententiam uide apud eundem Ouid. de Trist. lib. 4. eleg. vlt.

Virgilius quoq; persuasum habens gloriam, & claritatem oriri ex bonis literis in 3. Georgicorum lib. sic ait. in principio.

*Tentanda uia est, qua me quoque possim*
*Tollere humo, uictorq; uirum volitare per ora.*
*Primus ego in patriam mecum, modo uita supersit,*
*Aonio rediens deducam vertice musas;*
*Primus idumęas referam tibi Mantua palmas.*

Similiter Horatius cum tres carminum suorum libros absoluisset, diuturniorem famam sibi partam ait, quam si æreæ statue, aut Egiptiorum Pyramides, Regum sepulchra in memoriam sui erigerentur, sanè futuram immortalitatem prędicat hoc modo. lib. 3. carm. in fine ode xxx.

*Exegi monimentum ære perennius,*
*Regaliq; situ pyramidum altius.*
*Quod non imber edax, non aquilo impotens*
*Possit diruere, aut innumerabilis*
*Annorum series, & fuga temporum.*
*Non omnis moriar, multaq; pars mei*
*Vitabit libitinam usq; ego postera*
*Crescam laude recens, dum capitolium*
*Scandet cum tacita virgine Pontifex.*
*Dicas, qua violens obstrepit Aufidus,*
*Et qua pauper aquę Daunus Agrestium*

*Regnator populorum, ex humili potens*
*Princeps Aeolium carmen ad italos*
*Deduxisse modos. sume superbiam*
*Quesitam meritis, & mihi delphica*
*Lauro cinge volens Melpomene comam.*

## Additio F. H.

De hac re silicet, quód Poetę tantùm gloriam, & famam quęrant, si plura desideras; Vide Ouidium de Arte amandi lib. 3. Propertium libro 3. Elegia 18. & libro 4. Elegià vltima. Horatium lib. 4. Carminum Ode 8. Iuuenalē Satyra. x. Dantem Florentinum Cant. 24. Inferni. Francicifcum Petrarcham de Triumpho Famæ Capitulo 2. & demum Ciceronem in primo lib. Tusculanarum Questio.

## Maiorem nobilitatem, & Gloriam comparari ex armis, quàm ex literis. Cap. 29.

Bellamus dicebat Arist. in 10. ethi. vt pacē ducamus. consule eundem Philo. in 7. Polit. & D. Thom. in eodē lib. lect. 2.

QVanquàm literę, vt dixi, gloriam, & claritatem quādam singularem afferunt, ea tamen admirabilior est, quę oritur ex armis; si modo bella suscipiantur ob eam causam, vt sine iniuria in pace viuatur, tam & si .n. bonę literę, ac scientiæ colant, perficiantq; animum, & laudem nunq; interituram concilient, bona tamen sunt quędam priuata, & particularia, ijs videlicet, in quibus insunt. Res militaris autem publica commoda, & publicas vtilitates parit; & quemadmodum Cicero inquit in 1. lib. Officiorum: facilior, & tutior, & minus alijs grauis, aut molesta vita ociosorum, fructuosior autē hominum generi ad claritatem, amplitudinemq; & aptior eorum, qui se ad Rempublicam, & ad magnas res gerēdas accomodauerūt;

lib. 7. Historię naturalis cap. 30

audiamus

audiamus porrò quid Marcus Tullius (quem Plinius lucẽ doctrinarum appellat) contra Seruium Sulpitium ad propositum hoc dicat pro lucio Muræna. Quis potest, ait, dubitare, quin ad consulatum adipiscendum multó plus afferat dignitatis res militaris, quam iuris ciuilis gloria? Vigilas tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas, ille, vt eò, quò intendit maturè cum exercitu perueniat, te Gallorum illum Buccinarum cantus exuscitat, tu actionẽ instituis, ille aciem instruit. tu caues ne tui consultores, ille ne vrbes, aut castra capiãtur. ille tenet, & scit, vt hostiũ copiæ, tu vt aquę pluuiæ arceantur. ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis. Ac nimirum, dicẽdum est enim quod sentio rei militaris virtus prestat cæteris omnibus. Hęc populo Romano, hęc huic vrbi eternã gloriam peperit. Hęc orbem terrarũ parere huic imperio coegit. omnes vrbanę res oĩa hęc nostra pręclara studia, & hęc forensis laus, & industria latẽt in tutela, ac pręsidio bellicę virtutis. Simul atq; in crepuit suspitio tumultus, artes illicò nostrę conticescunt. Deindè Virgilius indicat esse nobilitatem, & Gloriam sublimiorẽ omnibus, regere populos, firmare pacem, expugnare ostinatos, & rebelles, deniq; subditis parcere. quę armis, & bellicę virtuti haud dubie referẽda sunt accepta. sic igitur ille in 6. lib. Æneidos Anchisen in troducit ad Æneam dicentem.

Iusta il lud vegetis de Re militari lib. 2. cap. 3. Diuitiarum nõ est secura possessio, nisi Armorum defensione seruetur.

Prope finem:

*Excudent alij spirantia mollius æra,*
*Credo equidem, viuos ducent de marmore vultus*
*Orabunt causas melius, Cęliq; meatus*
*Describent radio, & surgentia sydera dicent,*
*Tu regere Imperio populos Romanę memento*
*Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem,*
*Parcere subiectis, & debellare superbos.*

Vt autem re militari, & bellicis virtutibus homines illustrentur, suscipienda quidem bella sunt, non more belluarum, non iniuste, verum honestatis, & virtutis amore

Cicero libro officiorum.

ob eam

ob eam causam, vt sine iniuria in pace viuatur, vt ante dixi, nec opus est in acie versari temerè, manu cum hoste confligere, immane quidem illud, & belluarum simile est, sed cum tempus necessitasq; postulat, decertandum manu est, & mors seruituti, turpitudiniq; anteponenda.

ex eodem lib. of ficio.

## Additio F. H.

VEruntamen videat bonus miles, vt in primis Deum, à quo fortitudinis donum accepit, benedicat. pura intentione pugnet, nam teste D. Bernardo de noua Militia, si bona fuerit causa pugnantis, pugnæ exitus malus esse non potest, sicut nec bonus iudicabitur finis, si causa non bona, & intẽtio nõ recta præcessit, & D. Augustinus contra Manicheũ dicebat; Quid culpatur in bello? an quia moriũtur, quãdoq; morituri, vt dominẽtur in pace victuri. hoc reprehendisse timidorum est, non religiosorum; nocẽdi cupiditas, vlciscendi crudelitas, implacatus, atq; implacabilis animus, feritas rebellãdi, libido dominãdi, & si quę similia, hęc sũt, quę in bellis iure culpãtur. debet insuper miles hostibus fidẽ seruare, victis quoq; misericordiã impendere, atq; prestare, sic. n. Augustinus Bonifaciũ instruit. Bernardus demum scribens ad milites nõ mediocriter corripit eos, qui se, & equos serico operiunt, hastas, clipeos, sellas, frena, & calcaria depingunt, auro, argentoq; ornant. Militaria inquit, sunt hęc insignia, an muliebria potius ornamenta? Nunquid forte hostilis mucro reuerebitur aurum, gemmis parcet, serica penetrare non poterit? vtilior est in conflictu lorica ferrea, quam stola linea: Hinc & Pericles Philosophus ait; non pictura, non aurum, non lapides, sed scutũ diuulsum, fracta galea, gladius hebes, facies vulnerata, cedunt militibus ad ornatum. De arte militari multa habes apud Vegetium lib. 2. Militiæ instrumenta, vide apud Dominicum Nanum Mirabellium, Militaris prudentiæ definitionem ponit D. Thomas in 2. secundę quest. 48. art. 4. Militiæ laudes vide apud D. Augustinũ in ser-

Non. n. in multitudine exercitus victoria, sed de Celo fortitudo est, 1. Mach. 3. hac fortitudine munitus Dauid vt in 1 regũ narrat Hystoria, dixit ad Philisteum, tu uenis ad me cum gladio, & hasta, & clipeo, ego autẽ venio ad te in nomine Domini exercituum. Dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie & dabit te Dõ. in manu mea, & percutiam te, & auferã caput tuũ à te, & dabo cadauera castrorũ Philistim hodie volatilibus cęli, & bellijs terre, ut sciat omnis terra, quia est Deus in Israel

in sermone de puero Centurionis; & ad Bonifacium. Demum multa alia de militibus habes apud Platonem de Republica Dial.5. & apud Franciscum Patritiũ de Rep. lib.9. cap.2. & 4.

## Principes, & optimates viros tũ Domi, tum Militiæ nobiliores, & clariores esse militibus, quamlibet strenuis. Cap.30.

Principes & optimates viri clarissimum locum, & primum gradum Nobilitatis in Republica tenent, quẽ aut hereditario iure suis ex maioribus acceperunt, aut suis egregijs factis, & studiosis actionibus per se conquisierunt,& pepererunt, aut quibuslibet rationibus alijs adepti sunt. habent igitur, siue domi permaneãt, siue foras ad bellum gerendum pro patria exeant, eam nobilitatem, & gloriam, ad quam bellicis actionibus cõtendunt milites vel strenuissimi, atq; principum, & optimatum consilijs,& prudẽtia, milites, & exercitus plerunq; maximas res gerunt optimatum quidem maius ĩngenium est, hominum autem armatorum sunt vires corporis maiores, ac animi quidem imperio corporis seruitio magis vtimur, Alterum nobis cum Dijs, alterum cum Belluis commune est, propterea si verè volumus iudicare, multę res extiterunt vrbanę maiores clarioresq; quàm bellicę ob prudentissima optimatũ consilia, parua enim sunt foris arma, nisi est consilium domi; merito igitur dixit Cicero in Consulatu suo, Cædant arma togæ. concedat laurea linguę Eo sanè Rempublicã gubernante, non ne togæ arma cesserunt? neq; .n. in Republica periculum fuit grauius vnquam, nec maius ociũ. Ita consilijs, diligentiaq; Ciceronis celeriter de manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ipsa ceciderunt, quę

In 1. officio. Consilij necessitatẽ, habes in puerbijs cap. 19 uide Sen. in tract. de virtuti-

bus, in prouerbijs de beneficijs lib.3.ad Lucilliũ epist. 23. Virg. Æneidos lib.12 Ouidiũ de Põt. lib.4. eleg. 12. Horatium lib.3. carm. ode 4.

Quomodo consilium non fit de preteritis, sed de futuris, & quomodo non fit de fine, sed mediorum ad finẽ, pe te Aristo. in. 1. Reth. in 3.& 6. lib. ethico.

quę res igitur gesta est vnquam in bello tanta? quis triumphus conferendus? Bello autem, & negocijs compertum est; in bello, & in patria ingenium, prudentiam, consiliũ optimatum posse multò plus, quàm strenuissimos milites, & paratos exercitus. Itaq; virtute animi res militaris magis procedit, quam vi corporis. Quàmquàm veró vtraq; per se indigens est, ac altera alterius auxilio eget, tamen priusquam incipias, consulto, & vbi consulueris, maturè facto opus est. Quantò igitur in naui, qui gubernat Clauũ sedens in puppi, dignior, & laudabilior est, cęteris laborantibus, & sudantibus in remigando, eó principes, & optimates, cum in senatu consulunt domi, aut cum foris etiã aliquando exercitus ordinant, & moderantur clariores, & nobiliores sunt laborantibus in bello militibus, & armatis hominibus, dixi pręcellentiorem esse nobilitatem, & gloriam, quę armis comparetur, quàm quę literis, quibus actiui, & humani euadimus. Tum principes, & optimates, non modó literatis illis, verùm etiam armatis hominibus antecellere, ac laudabiliores esse. Deinceps reliquum est, vt de literatis contemplatiuis, breuiter etiã disseramus.

## Quanquam contemplatiui simpliciter sunt nobilissimi, eos tamen gradum nobilitatis non habere in Republica. Cap. 31.

COtemplatiui, & sapientes homines eò conscendunt perfectionis, & nobilitatis, vt scientijs, & notionibus rerum sese parent ad beatam copulationem, qua cum optimo Max: Deo coniuncti sint, nec iam sint homines, sed Dij beata illa copulatione, & participatione; quare ut Arist. ait in prohemio suę Metaphisicę verisimile, est

eum

eum hominem, qui primò præter communes sensus quāuis artem inuenerit, non solum ob vtilitatem, quę ab inuentis proficiscitur, sed vt sapientem etiam, antecellentēquę cęteris admiratione ab hominibus affici, atq; cum cōplures artes inuenirentur, & aliç ad necessaria, aliæ ad degendū conferrent, semper tales sapientiores illis putamus, proptærea quod scientiæ ipsorum non ad vsum pertineant. Quo circa cunctis iam talibus cōparatis. eæ sciētiæ inuentę sunt, quę neq; ad voluptatem, neq; ad necessaria comparanda conducunt, primoq; ijs in locis, vbi primum homines ocio indulserunt. Qua propter Matehematicę artes primò circa Ægiptum obortę sunt; illic enim concessū est, vt sacerdotes ocio vacent. Deinde probat Arist. in 10. lib. Ethicorum multis, & accutissimis argumentationibus contemplatiuos esse nobiliores actiuis. Quare sapiens ab humanis actionibus, & á Republica separatus contentus quidem se ipso, nihil vult, & curat nihil horum, quę admirantur homines in Ciuitate. Sic de illo inquit Horatius ad Męcenantem.

*Ad summam sapiens vno minor est Ioue. Diues;*
*Liber, Honoratus pulcher, Rex denīq, regum.*
*Precipuè sanus, nisi cum pituita molesta est.* lib. 1. epi. epi. 1

NON habent verò contemplatiui diuitias, quę sunt actiuç, & ciuilis nobilitatis instrumenta, & habentium auxilio egent, quare de diuitibus ac sapientibus á Simonide ad Hieronis vxorem dictum est, cū intero gasset, vtrum sit melius esse diuitem, an sapientem. Sapientes enim inquit, in diuitum ianuis video, non habent inquàm sapientes diuitias, sed ideo non habent, quoniam illas non curant, & parui pendunt; quandoquidem ciuiles, & humani esse nolunt, sed contemplatiui, & diuini. Huc pertinet Thalis Milesij exemplum, cui, cum obijceretur Philosophię studium propter inopiam, quasi inutile, & infructuosum, prospexisse illum ferunt per Astrologiam, oli- in 1 Polit. vide D. Thom. lect. 9

uarum vbertatem futuram, cunque coegiſſet pauxillum pecuniarum, hieme adhuc vigente, emptionē olei feciſſe in Mileto, & in Chio pro paruo admodum prętio, vt potè nemine plus offerente, arrasq; dediſſe; cum itaq; poſtea tempus veniſſet, multis ſubitò querentibus vendidiſſe oleum, quanti ipſe uoluit, ac magnam vim pecuniarum inde ſuper lucratū, oſtendiſſe amicis per facilè eſſe philoſophis ditari, ſi vellēt, ſed hoc non eſſe illis curę. Ac Thales quidem ad hunc modum ſapiĉtię ſpecimen edidiſſe dicitur; præterea contemplatiui, quorū ſtudia, vitaq; omnis in rerū cognitione verſata eſt, ab augendis etiam hominū vtilitatibus; & cōmodis non receſſerunt; nā, & erudierunt multos, quo meliores ciues, vtilioresq; in rebus ſuis publicis eſsēt, vt Thebanum Epaminundū Lyſis Pythagoreus, ſiracuſium Dionem Plato, multiq; multos. Neq; ſolum viui, atq; preſentes ſtudioſos diſcendi erudiunt, atq; docēt, ſed hoc idem etiam poſt mortem monimentis literarum aſſequuntur, nec enim locus vllus pręter miſſus eſt ab ijs, qui ad leges, qui ad mores, qui ad diſciplinā Reipublicę pertineret, vt ocium ſuum ad negocium actiuorum, & ciuilium contuliſſe videantur. Ita illi ipſi doctrinę ſtudijs, & ſapientię, dedit ad hominum vtilitatem ſuam ſapientiā, prudentiam, inteligentiamq; potiſsimum conferunt. Deinde Virgilius in 2. libro Georgicorū, ſapientem in hunc modum vocat felicem, & fortunatum.

**Prope finem:**

*Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas.*
*Atq; metus omnes, & in exorabile fatum*
*Subiecit pedibus, ſtrepitumq; Acherontis auari*
*Fortunatus, & ille, Deos, qui nouit Agreſtes,*
*Panaq; ſiluanumq; ſenem Nimphaſq; ſorores*

QVamquàm veró ſapientes, & contemplatiui per ſe, & ſimpliciter ſunt nobiliſsimi, diuini, honorabiles, & Fælices, tamen gradum non habent Nobilitatis in Republica, neque locum tenent cum patribus,

niſi

nisi principes illos ad patritiatum assumant, nec enim ad gradum ciuilis, & actiuæ nobilitatis cōscenditur, nec gloria, & claritas acquiritur speculationibus, sed optimis quibusq; actionibus, neque contemplatiui ad laudem, sed ipsum ad honorem aspirant. Qui tam etsi præstabilior est laude, nam diuinum quiddam est, non tamen habet locum in Republica, & in humana societate, sed tantum in vita diuina; quàmquàm igitur in vita diuina, in scholis philosophorum, & simpliciter sunt nobilissimi contemplatiui, & sapientes, tamen in vita actiua, ciuili, & humana uincit cognitionis studiū, consociatio hominum, atq; communitas.

## Additio F. H.

QVantum verò laudis, & honoris deferendum sit sapientię, preclarę, & scite admodum ostendit philosophus multis in locis, nam in primo lib. diuinorū cap. 2. ait, hanc vnam omnium scientiarum esse verè liberam, & sui gratia; nec eius possessionem humanam esse, sed diuinam: hanc solum Deum perfecte habere, eamq; solam de Deo agere. Alias disciplinas fortassis vtiliores, & magis necessarias esse posse, prestantiorem verò nullam, in 6. Metaph. tex. com. 2. inquit, scientias speculatiuas pręstare alijs, speculatiuarum autem hanc esse pręstantissimam; in sectione 3. problem. 10 scribit, ideò veteres non statuisse pręmium aliquod sapientię, veluti certaminibus, quoniam propter eximiam sapientiæ præstantiam, nec idoneus iudex eius reperiri, nec satis dignū præmium cōstitui potest. in 9. Ethicorum affirmat sapiētiam tanti esse, vt his, à quibus eam accepimus, nec honorem, nec mercedem vllam parem referre possimus, non secùs, ac Dijs, & parentibus. Verùm de sapientia dictum sit satis; qualis debeat esse sapiens, percurramus. Plato in 5. & 6. lib. de Republica, vult eū, qui futurus est sapiēs, sic informatū esse à natura, vt habilis, & idoneus sit ad pcipiendas omnes dsciplinas, excellēs ingenio, memoria, & iudicio. Deinde, vt ve-

Sapientia hominibus significatur à Mercurij stella minima omniū, quia minima est in hominibus sapientia; vide. Mar. Fic. in epi. li. 10.

Hoc idem affirmat Eustratius Ethi. 2. cap. 1. Vide Arist in 1 ethi. cap. 2.

hemẽter oderit, atq; horreat mendaciũ, quippe cũ futurus sit defensor, magister, & interpres veritatis: tum, vt habeat sedatas omnes perturbationes, & appetitum rationi obedientem, qui nisi perdomitus, & ueluti iniecto freno ingyrum rationis ductus, magnam partem animi sępe detorquet, & à contemplatione, cognitioneq; veritatis abducit. Oportet insuper, cum temperantiæ, liberalitatis, & iustitię amantem esse; nam qui est vitiorum sordibus inquinatus, indignus est, qui in purissimũ sapientię domiciliũ admittatur. Vnde. Mar. Fic. in epist. lib. 7 inquit, sapientia nisi docẽte Deo disci nõ potest, hinc Orpheus dicebat; ipsã è solo Iouis capite natã; ad extremũ, nõ debet animi studiũ, atq; intelligentiã ponere in rebus singulis, quę in generatione, interitu, alijsq; mutationibus cõtinẽter versantur, sed defigere mentis aciẽ, & vim in propriã cuiusq; rei formam, & Ideam; non considerare, quę sunt talia per participationẽ, sed quod est tale ꝑse in vnoquoq; genere, vt si quęratur, quid sit bonum, aut pulchrum, non debet intẽdere animũ ad eas res, quę. vulgò bonę, aut pulchrę, sed ideam pulchritudinis, hoc est rationem eius, quasi per se cohęrentem, animo contueri: quam plura alia super hanc materiam videre poteris apud Aristotelem in 1. Meth. cap. 2. in problem. Sect. 18. problem. 5. & sect. 3. proble. 8. consule Ciceronem in ora tione pro Murena. & demum Mar. Fic. in Plat. de Republica Dial. 7. & Augustinum Steucum de perenni Philosophia lib. 2. cap. 6. ubi ponit sapientiæ inscriptionem, quę erat in Ægipto in templo Mineruę, vide locum si placet.

Finis Additionis, & totius operis.

35

# IO: ANTONIVS DELPHINVS CONVENTVALIS FRANCISCANVS

de varia Nomenclatura Marchię Prouincię.

Ad Sigiſmundum Botium Priorem Belfortis.

---



# IOANNES ANTONIVS Delphinus Conuentualis Franciscanus è Casali Maiore Sigismundo Botio Priori Belfortis S. P. D.



IDE precor Sigismũde iucundissime, quanta, & quàm viua quędam res, & quã extuosa deniq; sit vis amoris, cum amantem in amatum Amicum soleat transformare, vt quę amans viuat magis amati amici vita, quam sua, quod proculdubio sensit Paulus cum viuo, inquit ego, non iam ego, viuit veró in me Christus; quasi plane d... Viuo ego non iam vita mea, sed vita IesuChristi; vt po... in quem vi diuini amoris me sentio transformatum, vt omnino sim Iesuatus, & Deificatus, hoc est Iesus, & Deus factus, non essentia quidem, & natura, sed gratia, & vi amoris: separauit me amor meus erga te incredibilis, paululum à studijs Philosophiæ, ac Theologię, in quibus toto animo versor dies, & noctes, tum veritatis cognoscẽde gratia, tum, vt quo ad possum inharena, & in acie confligam, & pugnem assidue cum hostibus catholicę sapientię, ac Theologię prò defendẽda Ecclesia Dei, in quod vtilissimum, & pulcherrimum studiũ toto pectore ab adolescẽtià mea incubui, & in vtis nebulonibus, & impijs hominibus, fretus Optimi Max: Dei auxilio, tantisper incumbã, dum in corpore huius mortis fuero. Meus inquã singularis amor erga te ad Hystoriam, quam intermiseram, cum adhuc ferè essem puer, quãuis ea magnopere delectarer, ob

Mar. Fici. in Plat. cõui. Ora. 2. c. 8. Leo heb. de Amo. Dia. 1.

Ad Galatas c. 2.

Intentio Auctoris circa studiũ est valde laudanda. Nã ut inquit D Bernardus super cantica. Sunt qui scire volũt, ut sciẽtiã suam uẽdãt, verbi gratia pro pecunia, phonotibus, & turpis questus est. & sunt qui scire volunt, ut sciantur ipsi, &

turpis vanitas est; sed sunt qui scire volunt, vt ardentius ędificent, & charitas est. & sunt qui scire volunt, vt ędificentur, & prudentia est.

salutaria, magis, & magis necessaria studia, hoc tempore quasi de improuiso inuitauit, excitauit, deniq; impulit. Paucula igitur quędam (dum hoc triduo scholastici mei, auditores de more celebrarent martinalia,) de variadenominatione tuę prouincię in gratiam tuam scripsi, vt nimirum animo tuo gratificarer; Accipe igitur quę scripsi, & lege, vt lubet, cum licet per ocium, & boni consule, meq; vt amas, ama.

## Additio F. H.

Auctor iste in ocio non erat ociosus, Nam teste B. Aug. de Ciuite Dei lib. 19. in ocio non debet esse iners vacatio, sed aut inquisitio veritatis, aut inuentio, & Seneca in prouerbijs. Quies tibi non desidia sit, vt cum ab alijs luditur, tu sancti aliquid, honestiq; tractabis.

## Vnde Prouincia hęc denominata fuerit Picenum. Cap. I.

lib. 3. naturalis Hist. cap. 13.

lib. 5. idem refert Pli. ubi supra.

Hec Prouincia, (quā grauissimus Auctōr Plinius, quintam Regionē Italiæ facit) Picenum dicta est olim à Pico, ex quo sumptis fortè auspicijs coniuncta fuit cum Sabinis, & miro quodam modo amplificata. cum .n. Sabini Asculum proficiscerentur, consedit Picus Martius in eorū vexillo. Et Strabo quidē fatetur. Picentes oriundos à Sabinis esse, atq; ab eis quasi progenitos. Meritò autem cum hęc prouincia vocabatur Picenum, tùm eius incolę populi ab omnibus Picentes, ac Piceni appellabantur. Deinde plurimis annis labentibus, ammissa prima, & anti qua illa Nomenclatura, cœpit vocari passim Marchia, & quidē modo Anchonitana, modo Firmana, modo Æsinasia, ut similiter incolę nō iam Picentes, ac Piceni dicerētur

sed

